DIALECTICA

Legalis: Juris vtriuſqꝫ pro-
feſſoris: domini Petri An-
dree Gammarij: Bononiē
ſis: Additio eiuſdem Petri:
de veritate ac excellentia Le-
galis ſcientie: eruditiſſimo li-
bello: que ab eodem aucto-
re recens fuere recognita: q̃
pluribuſqꝫ regulis ⁊ additio
nibus. Exornata: Nouiſſi-
me vero ita accurate im-
preſſa vt ſtudioſus le-
ctor. nihil vltra ma-
gis expolitum ex
optare queat.

BIBLIOTECA ROMANA VITTORIO EMANUELE

M.CCCCC.XXXIII.

Digitized by Google

¶Ne tamen eos qui aliqua ex his quæ in opere continentur uidere deſi derauerint totum librum legere oporteat quid in ſingulis libris contineatur breuiter ſubiunxi.

¶In primo enim libro hæc habentur.

Argumenti diffinitio, & inibi qd queſtio: quid cauſa. carte. 1.
Argumentationis diuiſio. 2.
De Sillogiſmo. 2.
De inductione. 2.
De Enthimemmate. 2.
De Exemplo. 2.
Alia Argumentorum diuiſio. 2.
De locis argumentandi. 2.
Summa diuiſio locorum. 3.
De loco a diffinitione. 3.
De loco a deſcriptione. 4.
De loco ab interpretatione. & ibidem qd propria: qd ipropria elocutio. 4.
De loco a toto integrali. & inibi quid pars. Homogenea: quid Etherogenea. 5.
De loco a parte integrali. 5.
De loco a toto copulato. 6.
De loco a genere ad ſpeciem. 6.
De loco a ſpecie ad genus. 6.
De loco a toto in loco, & inibi plura de expoſitiõe uerborũ incipit & deſinit. 7
De loco a toto indefinito. ibiq; quomodo & quando indefinita equipolleat uniuerſali. 7.
De cauſis. 8.
De loco a cauſa materiali. ibiq; quotuplex ſit materia. 8.
De loco ab effectu cauſæ materialis. 9.
De cauſa formali. & inibi quid & quotuplex ſit forma. 9.
De loco a cauſa efficienti & inibi qd cã efficiens & quotuplex. 10.
De loco a cauſa finali: ibiq; obiter: qd cauſa impulſiua ſit: & quomodo a finali cognoſcatur. 11.
De loco ab effectu cauſæ finalis. 11.
De loco ab impoſſibili: & de multiplici impoſſibilitate. 12
De loco a generatione. 12
De loco a corruptione 13.
De loco ab uſibus. 13.
De loco a cõmuniter accidentibus. 13.
De loco a principio: ibiq; quid & quotuplex principium. 13.
De loco a neceſſitate, inibi quotuplex neceſſitas. 14.
De loco a ueriſimili. 15.

¶ In ſecundo libro.

De loco a coiugatis. 16.
De loco a connexis. 16.
De loco a principali ad acceſſoriũ. 16.
De loco a ſubrogato. 17.
De loco ab ordine. 17.
De loco a conſequenti deſtructo. 17.
De loco a rubro. 18.
De loco a diuiſione: & inibi quotuplex diuiſio. 18.
De loco a primo ad ultimum. 18.
De locis quæ extrinſecus ſumunt. 19.
Diffinitio oppoſiti. 19.
Diuiſio oppoſiti. 19.
De loco a relatiue oppoſitis. 19.
De loco a correlatiuis. 19.
De loco a propoſito ad oppoſitũ. 19.
De loco a contradictoriis. 19.
De loco a contrarietate. 19.

De loco a contrario ſenſu. 20
De loco a priuatiue oppoſitis. 21.
De loco a ſeperatis. 21.
De loco a diuerſitate perſonarum. 21.
De loco a maiori ad minus. 21.
De loco a minori ad maius. 22.
De loco a ſimili:& ibi qd & quotuplex qualitas & quid primæ quid ſecũdæ intentionis nomina. 22.
De loco a differentia. 24.
De loco a proportione. 24.
De loco a tranſumptione. 24.
De loco ab auctoritate:& inibi de multiplici mõ recipiẽdi ueritatẽ. 24.
De loco a caſus omiſſione. 25.

¶In tertio libro.

De genere & eius multiplici acceptione. 25.
De ſpecie. 26.
De differentia. 27.
De proprio. 27.
De accidente. 27.
De ſubiecto & prędicato. 28.
De tranſcendentibus. 29.
De equiuoco & uniuoco. 29.
Decem prędicamentorum ſufficiens cognitio. 29.
De prędicamento ſubſtantię:& inibi pdicamentorum arbor:& de fictionibus iuris. 29.
De quantite:& quid circa illam iura fingant. 29.
De qualitate & circa illam iuris fictionibus. 30
De Relatione & eius fictionibus 30.
De p. Actionis &.e.f. 31
De p. paſſionis.&.e.f. 31.
De quando &.e.f. 31.
De ubi &.e.fic. 31.
De ſitu uel poſitione. 31.
De habitu. 31.
De uitioſa argumentatione. 32.
De uitio ęquiuocationis. 32.
De uitio accidentis. 32.
De uitio ſecundum quid. 33.
De uitio reciprocationis. 33.
De perplexitate. 33.

FINIS TABVLAE.

PETRI ANDREAE Gammari Boñ. V. IV. profeſſoris de modo diſputandi ac ratiocinandi in Iure. Liber primus. Interlocutores Ferrabric. Socinus. Paulus.

QVID tu dialecticorum quietos receſſus inſolens frequētas? quæ
tandem animo ſedit uecordia? an ne adeo uacuus es ut nō cla-
moſi diſcutienda fori iurgia ſuperſint? SOC. Et ſi alias mihi
ſemper perſuaſum habuerim nullum poſſe animū ſapientia cō
donari: niſi & idem exuberanti legum dulcedine permolitus ſit:
hodie profecto ſi quid inſurgebat dubitationis effluxit: nec ſo-
lum nō ſapientes qui legū ignari ſunt: ſed & uaniloquos, fallaces, iniuſtos: fures,
uiolentoſq; appellando non errabimus. FERRA. Quorſum hæc? ſanus? ne
es? teneo. aut affligit te deſperata emuncti clientis cauſa: aut hodie ſacra peregiſti
libero, qui te in tam libera iuſſit uerba prorumpere. Sed egredere malis auibus:
& tranquillas altius indagantium mentes forenſi garritu interturbare noli. di-
ctum eſt enim. Nil cum fidibus Graculo. nil cum amaricino ſui. SOCI. Tur
pitudinem nominis tui: turpis aſpectus, fœdior lingua, facinora nequiora ſubſe
quūtur. Et ſi non a ſapiente diſſonaret cum inquinatiſſimis hominibus conuitio
decertare; tibi iam oſtenderem quanti referat ſapientem conuitiis maledictiſq;
inceſſere. At iam uenit ecce Paulus. hunc alloquar: ſi nō ea (qua tu) iuris ignorā-
tia (id eſt) ſtulticia laborauerit. grauis inceſſus amictu religioſo, perornatū mo
ribus uirum demonſtrat. PAV. Ecquis hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes:
Qui ſe ſe ore refert ſapientem! Socinus eſt. ſalue Socine nunquid huc delegatus
accedis? SOCI. opportune aduenis Paule. nec alium potui cōmodius homi
nem inuenire. PAV. Gaudeo equidem tibi cōmodaſſe: ſed quæ nā te huc
hoſpitem fortuna detulit. SOCI. Et tu adeo imprudens factus es: ut me huc
mireris aduentaſſe? PAV. Miror equidem. SOCI. Age cur? PAV. Au-
ſculta. ꝙ lege uerſatus acuta Dialecticorum militia degas: haud ſine admiratio-
ne conſpicio. conuallē hanc platano populiſq; cinctam (ubi non marmoreis pa
uimentis lequeata tecta: non tubis euripiſq; ductæ aquæ: ſed antrum quod he-
dera, & uariis cinxit labruſca racemis, fonſq; manantibus ſcaturiens aquis cōſe
dentes afficiunt) dialecticorum academiā ſemper extitiſſe memini: De genere
ſpetie, differentia, proprio, Accidente, de formis lociſq; argumentorum omnis
hic farrago diſcuti ſolet atq; diſcerni. Libertatum Seruitutū Iuditiorum Vſuca-
pionum, Tutelarum, Teſtamentorū Actionum, cæterorūq; unde ciuilia iura
in immenſum excreuere ignota ſibi prorſus nomina locus hic noſter abhorret.
SOCI. Profecto & tu iuris expers deliraſcis, quod niſi te qua es animi clemen-
tia prǽditus ueritatem æquo ſemper animo tuliſſe perſpectum foret: legiſperiti
nunq̄ ſermone dignatus eſſem. PAV. Ohe iam minimū offendiſſe aures tu-
as pœnitet: uera quæ dixi reor: habes ne quo de nobis iuſte cōquueraris? SOCI.
Habeo. PAV. Quis? SOC. Iam dudum auſculta: ſi a cōmuni prędio ſo-

ROMA

tius toruis te oculis, ac caperata fronte cõſpiciens arcere niteretur: iuſq; tibi in il
lo denegaret. quodnam tuũ eſſet de homine iudicium? PAV. Malum certe.
ſed nihil ad rem. SOC. Imo plurimũ. PAV. Perge queſo SOCI. Fons
hic lympidus & indeficiens ſcientiis omnibus. elementa modũq; prębere cõſue
uit: Siquid Ariſtoteli Boetioq; credimus. at in legibus ſcientiã eſſe ex noſtris qui-
dam nuper oſtendit. conſequens igitur erit: ut legum ſtudioſos cõmunes uallis
receſſus habere dicamus: eoſq; pro neceſſariis iure meritoq; uendicare poſſe. ma
lumq; de te habendum eſſe iudiciũ ſi contrarium afferere pręſumpſeris. PAV.
Legum ſcientiã demõſtraſſe non cõcludit cum dialecticis inſtitutis iuriſcõſulto
cõmune quicq̃ exiſtere cum experiẽtia cõtrarium doceat. uos enim ſola princi-
pum auctoritate contenti: Syllogiſticas rationes effugitis. SOC. Experientia
ſit igitur quæ litem hanc dirimat. Hodie profecto experieris quantum ſibi leges
dialecticæ uẽdicarint: quantoq; errore cecutiant: qui naturalẽ ſimul & artificio
ſum ratiocinãdi modum, a iuris prudentibus abdicare uoluerunt. Eam impri-
mis partem: quam græci Topicam uocãt diſcurrere intendimus. ea eſt ſine qua
omnis ſtatim diſputatio in nihilum redigeretur. hæc Rhetorem cõſtituit: Diale-
cticũ armat: legibus ornamentum copiãq; afferre ſolet. PAV. Philoſophiam
quoq; cum reliquis fari docuit SOCI. Quinq; demũ uniuerſaliũ materiam
cum prędicamẽtis decẽ aggrediar. Et ſi lux uotis alma fauebit de uitioſis argu-
mentationibus ac Syllogiſmo breuiter & ſuccincte diſputabimus. aures igitur
præbere faciles. PAV. præbemus. ſed ſtilum deprime: omni oratorum obſer
uatione ſequeſtrata FERRA. Ex uoto feciſti.

Argumenti diffinitio.

Quoniam ut teſtatur iuriſcõſultus in. l. i. ff. de iuſti. & iu. & Tullius in primo
de officiis. Ariſto. in ſexto Topi. omnis diſputandi ac dicẽdi ratio a diffinitione
ꝓficiſci debet FERR. Et ipſi diffiniũt. PAV. ita: ut uides. errabamus
SOC. tractaturi de formis ac locis argumẽtandi: quos eruditi legum profeſſo-
res in diſputando tenere cõſueuerunt: quid argumentum ſit & quottuplex prius
operepreciũ erit demonſtrare. Argumẽtum igitur late ſumptũ pro quocunque
inditio penes noſtros capi ſolet ut in. l. diuus. ff. de cuſt. & exhi. re. l. i. in princi. ff.
de queſt. l. oẽs. C. de heret. c. ad apoſtolice. §. ii. de ſenten. & re. iu. Argumentũ aũt
proprie ſumptum dicitur quaſi argute inuentũ: ꝙ ſola rõnis inueſtigatiõe ueritа-
tem querit ut placuit Iſidoro & habemus in. c. forus de uerb. ſig. Diffiniturq; ita.
Argumẽtum eſt ratio rei dubię faciens fidem. i. mediũ probans quod in conclu
ſione deducitur. Auctores ſunt Ariſto. Boetius, & noſtri in. d. c. forus: & in. l. qui
teſta. §. mulier. ff. de teſta. de hoc erit oĩs noſtra diſceptatio. A pręſenti diffinitiõe
excludũtur falſa argumenta proficiſcẽtia ex premiſſis & concluſione euidenter
falſis: quæ ſimpliciter argumẽta nõ ſunt: ſed diminute tantum ar. c. ſi papa. xl. di
ſtin. c. ſicut urgeri. i. q. i. uer. uerum quidẽ membrũ ſed ſine ſanguine. Vnde patet
ꝙ concluſio tantũ dicetur argumento uel argumentis probata propoſitio quæ
priuſq̃ probetur eſt dubitabilis & appellatur queſtio. l. lucius. ff. manda. l. queſtio.

ff.de uerb.ſig.licet alias cōcluſio late ſumpta ponaẗ pro omni conſequēte ſiue ue ro,ſiue falſo ex aliquo antecedēte illato.Illud tamē ignorādum non eſt.ꝙ cauſa iuris a queſtione ita diuiditur.Cauſa eſt cōtrouerſia in dicēdo poſita cum certarum perſonarū appoſitione. Tul.in Rheto.probatur in.d.c.forus.exemplū Alexander diſtraxit bona eccleſiæ Tyrānos in urbibus cōfirmauit. Iulius.II.alienata bona reperit.tyrānis urbem quærit liberare iuriſperiti cōſiliū quęritur:ut quid de iure ſit termineтur:hæc cauſa dr̄.Queſtio uero eſt controuerſia in dicēdo poſita ſine certarū perſonarum appoſitiōe.ut cum quæritur inter prudētes iuris. an pontifici liceat arma tractare:bellum mouere:tyrannos expellere. Differt autē argumentū ab argumentatione:ut pars a ſuo toto.argumentatio nanq; totam ſyllogiſmi contextionem amplexatur.cuius ſententia ſeu ratio uocatur argumētum.ut auctor eſt Boetius cui noſtri ſubſcribunt.

¶ Argumentationis diuiſio.

¶ Argumentationis principaliter quatuor eſſe genera non negamus. Syllogiſmum Inductionē.Enthiméma,Exemplū.& prius de Syllogiſmo dicendū eſt.

¶ De Syllogiſmo.

¶ Syllogiſmus aliorū princeps eſt oratio in qua quibuſdam poſitis & conceſſis: neceſſe eſt aliud euenire præter ea quæ poſita ſunt & conceſſa ut Omnis laborās eſt præmio afficiendus.Omnis doctor cōſulens eſt laborans.Ergo Omnis doctor cōſulens eſt præmio afficiendus.hoc enī totū dr̄ oratio. Quibuſdam poſitis & cōceſſis.ſ.duobus p̄miſſis.neceſſe eſt aliud euenire.i. Concluſionem. Cōſtat autem Syllogiſmus ex tribus propoſitionibus.quarū prima uocatur Maior. ſecunda Minor.Tertia cōcluſio.Duæ primæ quæ concluſionem neceſſario inferunt:ex tribus terminis cōſtant.quorū unus bis ſummitur ante concluſionem & eam nō ingreditur uocaturq; medius terminus.ut in exēplo eſt.laborās.alius uero ſummitur in maiori cū medio termino & eſt maior extremitas.cuiuſmodi in exemplo eſt præmio afficiendus.alius ſūmitur in minori propoſitiōe cū medio termino & eſt minor extremitas.ut in exēplo.doctor cōſulens.de quo per Bal.& alios.in Aut.Ingreſſi.C.de ſac.ſanc.eccle.De modis ac figuris uariis Syllogiſmorum inferius dicetur.Non ſum executus promiſſa:quia aſſumptus ſui ad legendi officium.ideo non potui præſtare pollicita.

¶ De Inductione.

¶ Inductionem eſſe dicimus a ſingularibus ſufficienter enumeratis ad uniuerſale progreſſum ſecuti Ariſto.in primo topi.ut ſi uoluero probare omnē cōtractū de iure obligatoriū ita inducam.Cōtractus mutui eſt obligatorius. cōtractus locati,emptiōis,Depoſiti eſt oblig.& ſic de ſingulis.ergo oīs contractus obligatorius.Inductio p̄terea latius ſummitur,a noſtris pro quacūq; adductione auctoritatis.quando eam declarāt propoſito ad quod allegāt conuenire.de hoc arg.tractabitur in loco a diuiſione.tn̄ aduertendum eſt ꝙ inductio auc̄tis legis eſt frequētiſſimus argumētandi modus apud nos,cum uirtus maxima ſit aptare leges ad propoſitū noſtrum.l.non ſolū.§.q primipilum.ubi Bal.ff.de excuſ.tut.

ℭ De Enthimemate.

ℭ Enthimema uocamus ſyllogiſmũ imperfectum:ꝙ nõ oibus anteponẽdis antepoſitis ſeqnitur feſtinata cõcluſio:unde Iuue.ſermone rotõdo torqueri Enthimẽma dixit.exẽplum Omnis ultima uoluntas eſt attendenda.ergo ultimũ teſtamẽtum attendẽdũ. Si eni quæ ꝑmittẽda erãt ꝑmiſiſſemus. taliter fuiſſet facta ratiocinatio. Ois ult.uol.eſt att. Teſtamẽtum autem ultimum eſt ultima uoluntas: ergo teſtamẽtum ultimũ attẽdendum:hoc argumẽtationis genere ſæpius breuitatis cauſa utunẽ doctores noſtri. Ille autẽ argumẽtationes q̃ ad ſyllogiſmũ reduci nequeunt:Enthimẽmata dici nõ poterũt.hoc argumẽti genere utitur Vlpi. in.l.omnes.§.lutius ff quæ in frau. credi.ſimile quoddam habet quod dicit gl. in.l.cum quędam.C.de admi.tut.

ℭ De Exemplo.

ℭ Per exemplum fit argumẽtatio:cũ unũ particulare probatur ꝑ aliud: In quo aliqd ſimile repitur:hoc modo. Patroni liberto exiſtẽte pupillo ſunt legitimi eius tutores.ergo & patres exiſtẽte filio emãcipato ſunt eius legitimi tutores: qm̃ utrobiqꝫ datur ſucceſſio deficiẽtis pupilli ut patet Inſtit.de legit.pat.tut.in princ. In hoc ſemp debet exprimi terminus ſimilitudinis:de hoc habeẽ.in.l.ſi pater: in fi. ff.de ſol.& i.l.argumẽto.ff.de Au.& arg.leg.& elegãter per Bal.i.l.i.ff.de iuſti.& iure. A loco a ſimili differt:ꝙ hec argumẽtatio.illud argumẽtationis locus. Alius tñ eſt locus:quẽ doctores noſtri ab exẽpli ꝑnitioſitate uocãt:ut.ſ. fugiantur ea quæ malum cæteris exẽplũ ꝑſtãt.de quo eſt tex.in.c.miramur.§.ii.lxi.diſt.

ℭ Alia argumentorum diuiſio.

ℭ Argumẽtorum aliud probabile ac neceſſariũ.aliud probabile tantũ. aliud neceſſariũ.aliud neqꝫ ꝓbabile neqꝫ neceſſariũ. Probabile ſimul & neceſſarium dicimus quod cũ patẽti rõne a legis cõditoribus exprimitur. Neceſſariũ uero tãtũ eſt quod a lege exprimiẽ:nulla probabili expreſſa rõne.quod eni a lege diciẽ: ita ſit neceſſariũ eſt dicere:licet rõ probãdi deſidereẽ.l.proſpexit. Qui & a quib.c.i memoriã.xix.diſt.& tũc nõ proprie dr̃ arg.ſed expreſſa legis diſpoſitio. Tũc eni adducimus leges in argu.cũ non hñt caſum expſſum. Abb.in.c.cauſam q̃ in fi. de off.del.& i.c.i.de pac.poſ.Io.an. Probabile tm̃ dr̃ quod a gloſ.& cõi doctorũ ſentẽtia cõprobaẽ ut not.i.l.i.C.de legi.quod eni pluribus & peritis i arte uideẽ probabile eſt. Qđ uero neqꝫ neceſſariũ neqꝫ probabile eſt ſophiſticũ.i.apparẽs tãtũ dr̃.exẽplum quiſqꝫ habet q̃ nõ perdidit ergo habet q̃ nõ perdiderit cornua Diogenes.ſed de hiis ſpecialẽ notã faciemus in tractatu de uitioſis argumẽtatiõibus. Probabile dicemus qđ ꝑ rõnẽ deduciẽ:licet eni a rõne natu ali argumẽtari.l. ſcire oportet.§.aliud.de exc.tut.l.fluminũ.§.adiiciẽ.in Ver.ultiũ.ff.de dam.infec.l. cum ratio.ff.de bon.dam.c.Ratio nulla.de ꝑben.ubi Abb.& tantũ urget heredi ratio ꝙ quãdoqꝫ trãſit in argu.neceſſariũ etiã cõtra legẽ expreſſam.d.§.aliud. de quo.arg.genere omnes glo.& commentatores referti ſunt.

ℭ De locis argumentandi.

ℭ Decurſis hiis breuiter quę circa quattuor argumentationũ genera fuerãt ul-

denda ſupereſt ut ad locos unde potiſſ. mum argumēta robur accipiunt deueniamus. Eſt aūt locus ut in ꝓpoſito capitur argumenti ſedes. ut uoluit Ariſto. uel clarius ſcdm Boetiū eſt id a quo ad propoſitā materiā cōueniens trahitur argumētum: Quēadmodū eni locus in cæteris res in eſſe cōſeruat: ut in. c. multi ſacerdotes. xl. diſt. l. ii. ff. de Relig. & ſump. fun. ita & hic in ſe uirtualiter argumenta continet arg. tex. in. l. i. §. conuentionis. ff. de pact.

¶ De prima diuiſione loci.

¶ Locorū oīum ſeriē biſariam partitus eſt Cicero. nos uero Auguſtinū Themiſtiūq; ſequentes trifariā illos diuidere cōſueuimus. Aut enim ſunt in ipſo de quo agitur: aut aliunde ei acta naſcūtur, aut extrinſecus aſſumūtur. Si in eo de quo agitur, aut a diffinitiōe Deſcriptiōe. Interpretatiōe a toto, a cauſa, a gñatione, a corruptiōe ab uſu. a cōiter accidētibus, a uirtute principii, a neceſſitate, a ueriſimili.

¶ De loco a Diffinitione.

¶ Diffinitio late ſumpta cōprehendit oēm ſubſtantiæ demonſtrationē, ſeu fiat p eſſentialia, ſeu p accidētalia rei diffinitæ: & ita deſcriptionem & diffinitionem Quid nominis quæ oīa late Boetius in Topi. cōplectitur: Diffinitio uero ꝓprie ſumpta: eſt quæ rei ſubſtantiā per eſſentialia explicat auctoribus Car. in Rep. c. perpendimus de ſen. exco. Bar. in. l. i. ff. de teſt. Ariſto. in. yi. Top. Boet. in. ii. Hinc factū ut multi habētes regulas diffinitionis; ita ſumptæ iuriſcōſultorum noſtrorum diffinitiones impugnare nixi fuerint: quæ nō proprie diffinitiōes ſed deſcriptiones appellari debuerant; cū diffinitio eſſentiā deſcriptio uero intelligentiam rei claudit. Bal. in. l. maximū uitiū. C. de lib. ꝓter. maluerūt enim prudētes noſtri deſcriptiōe q̄ diffinitiōe in nōnullis uti: quū ea ſemper in iure periculoſa ſit. l. oīs diffinitio. ff. de reg. iu. ¶ Debet igitur diffinitio ponere ſubſtātiam rei: & declarare per genus propriū. ¶ Ex quo patet ſolam ſpetiem diffiniri: ut uoluit Ariſt. in. yi. Topi. & yii. Metha. ¶ Oportet inſuper differentiā unam uel plures ponere: quatenus diffinitā ſpetiem: a cæteris ſub genere cōtentis diſcernere ualeamus ut patet in omnibus iuriſconſultorum diffinitionibus. ¶ Ex prædictis manifeſte edocemur nullū accidēs: ſed ſolam ſubſtantiā poſſe diffiniri. teſtis eſt Ariſto. yii. Metha. ¶ Aliam ex antedictis cōclu. infero. ꝙ diffinitio tantū complecti debet quod eſt tale: nō autē quaſi tale. probatur in inſtit. de oblig. q̄ ex qua delic. naſc. ubi ita diffinitur maleficiū: ut quaſi maleficio minime cōpetat & in. l. ſi. C. de inoff. teſta. ubi diffinitio caſtrenſis peculii nō comprehēdit quaſi caſtrenſe cū alterū in caſtris: alterum extra caſtra acquiratur: Et licet quantum ad iuris diſpoſitionem pariſicari uideātur. l. iii. §. idem ſcribit. ff. de pecul. tñ aliud eſt eſſe tale: aliud haberi pro tali. l. mercis. ff. de uerb. ſig. l. ſi maritus. §. legis iuliæ: & ibi not. Bar. ff. de adul. Imo nec ſemp uerū: ꝙ diſpoſitum in tali habeat locū in quaſi tali. c. Hæc Imago. xxxiii. q. y. ubi uxor dicitur pene famula mariti: & tñ aliter de famula per ius aliter de uxore diſponitur. l. neq; tutores cū glo. C. de procura. ubi tutor nō poteſt dare procuratorem rebus pupilli ex quo nō eſt uerus dominus cū tamen ſit quaſi dñs. l. qui fundum. §. ſi tutor. ff. pro empto. ¶ Adnotandū præ

terea aliud eſt:ꝙ Res non debet diffiniri per effectus ſuos. Bar.in.l.i.ff. de appel.
Aliud enim eſt cauſa,aliud cauſatum.l.licet.§.ea obligatio .ff. de procur .l. & an
eadem.ff.de except.re.iu. Neoterici tamen ex noſtris quidã dixerunt:rem per ef
fectus diffiniri poſſe:ſi cauſæ inſeparabiliter adhererent per tex.in.l.Bona aũt.§.
Bonorum igitur.ff de Bono. Poſſ.ubi Iuriſcõſultus dixit recte diffiniri Bonorũ
poſſ.eſſe ius retinendi.cum tamen illud retinendi ius Bonorum poſſ.ſit effectus.
Sed huic modernorũ rationi potes reſpondere ꝙ iuriſconſultus ibi diffinitionẽ
pro deſcriptione accepit.Multa enim ſunt:quę cũ non habeant differentias eſſen
tiales:uel ſi habeant nõ noſcuntur:per propietates accidentales & effectus circũ
loquimur & demõſtramus:Hæcq; non proprie diffiniri ſed deſcribi dicũtur : ut
inferius ſubnotabo.¶ Diffinitionis quoq; natura eſt:ut diffinitæ rei tantum &
ſemper cõueniat.ſi enim alteri ab ipſa re diffinita competeret diffinitio nõ eſſet
bona ut eſt tex.in.l.i.ff.de dol. Ariſto.in ſexto Topi. Vnde non immerito mo
dernum quendã ex canoniſtis erraſſe dicimus in Rub.de iudi.quum dicit Diffi
nitionem eſſe bonam:dum contineret ea quę frequentius accidunt:licet aliquã
do contẽtis ſub ea non competeret. Contra illũ enim manifeſte inſurgit ratio .d.
l.i.de dolo. Seruius diffiniuerat Dolum eſſe machinatiõem quãdam alterius de
cipiendi cauſa:cum aliud agitur & aliud ſimulatur.Hanc diffinitionem Labeo
impugnabit.quoniã dolum ſine ſimulatione aliquãdo reperimus:licet frequen
tius & cõmuniter ſimulatio ĩteruẽniat.In hoc autẽ loco fieri poſſunt tres breues
propoſitiones ex quibus argumentationẽ formare poterimus.Cuicũq; compe
tunt uerba diffinitionis:competet & ipſa res diffinita ut proxime probatũ eſt.
argumẽtatio ita fiet:ut ſi uoluero probare Titium eſſe heredem:ita deducã. He
res eſt quicũq; ſuccedit in uniuerſitate bonorũ.l.hereditas.ff.de regu. iu . Titius
ſuccedit in uniuerſis bonis teſtatoris ergo Titius eſt heres:de hoc gl.inſti. de ob
lig.ĩ princ. ¶ Vel aliter.Cui comp.ue.d.c.ip.diffi.Sed Titio cõpetũt uerba dif
finiẽtia heredem:ergo ipſe eſt heres. ¶ E cõuerſo datur regula.Cui nõ competit
diffinitio nec ipſum diffinitũ.Quicquid dicitur de diffinitione:idem & de diffi
nito dicitur:& econuerſo probatᷣ in.l.i.ff.de Acti.& obli.Bart.in.l.i.ff. de teſta.
Abb.in rub.de ſenten.excõ.exẽplum:Ius ciuile eſt equitas cõſtituta hiis qui eiuſ
dem ciuitatis ſunt ad res ſuas obtinẽdas huius eqtatis notitia eſt utilis . ergo &
ipſius iuris notitia utilis erit cũ omne id quod dr̃ de diffi. Quicqd remouetur a
diffinitione remouetur a diffinito.& econuerſo.l i.§.fi.ff.de actio.& oblig. & in
l.i.in prin ff.de uerb,obli.exemplũ. ¶ Stipulatio eſt ſolemnis promiſſio facta in
terrogatiõe ꝑcedente & reſponſione ſubſequẽte. A muto aũt remouetᷣ interroga
tio & reſpõſio.ergo & ipſa ſtipulatio remota intelligetur. Obſeruandũ quoq; in
huiuſmodi argumẽtatione eſt.ut termini ſtent pſonaliter id eſt pro rebus ſignifi
catis per ipſos terminos:nõ aũt pro ſe ipſis dictionibus.unde uitioſa : & inutiiis
eſſet hæc argumẽtatio. ¶ Stipulatio eſt nomen ſubſtãtiuum.ergo ſolemnis pro
miſſio &c.eſt nomen ſubſtantiuũ.Cauendum pręterea eſt ne termini diuerſimo
de accipiãtur diffinitio & diffinitũ. Non enĩ ſequitur.Ruſticus ſcit inter hos fuiſ

ſe ſtipulationẽ.ergo ſcit fuiſſe ſolemnẽ promiſſionem &c.qm̄ in antecedẽti enſuſus erit. Ruſticus ſcit iter hos ſtipulationẽ eſſe:ſecundum cõceptum coi ſubordinatur iſta uox ſtipulatio,& ex hoc non ſeqiur ꝙ ſciat eẽ ſolemnẽ promiſſionem. quod in iuriſpiti tãtum conſideratione cadit ❡ Et quæ de diffinitiõe dicta ſũt: de Sinonimis repetita intelligãtur.& in diffinitione illud obſeruato ne credas accidentia mutata uarietate diffinitionem ut per lo.fa.inſti.de oblig.ad ſi.

❡ De loco a Deſcriptione.

❡ In præcedentibus demõſtratũ eſt:deſcriptionem eſſe adinuentam propter ea quæ nõ habent differẽtias eẽntiales,ideo nunc ſingulariter de iſta tractemus eſt operepreciũ.Hac quidem prudentes noſtri paſſim uſi ſunt quibus uerbis, quoue ſermone utantur minime curantes:modo ipſius rei qualitatẽ inſinuent.ar.l. certum.ff.ſi cer.pet. ❡ Eſt aũt deſcriptio oratio.ſ.eſſe rei per accidẽtalia.uel eſt Oratio cõſtans ex genere & proprio. Propriũ appello quod ſoli ſpecici & oĩ contento ſub illo ineſt.ut loco ſuo dicetur.Regulas quas ſuperius in diffinitiõe dedimus hic pone hoc mutato ut ubi diffinitio:ponatur deſcriptio ubi diffinitũ deſcriptum. Argumẽtationis exẽplum poſuit Iulianus.i.l.qſitum.ff.de re iudi. Morbus ſonticus eſt qui alicui impedimẽto eſt ne poſſit ad iudiciũ uenire at leuis febris uel quartana.i robuſto nõ pſtat hmõi impedimẽtũ.igit̃ leuis febricula nõ eſt morbus ſonticus.a quo eni remouet̃ deſcriptio & deſcriptũ remouet̃.

❡ De loco ab interpretatione ſeu ethimologia.

❡ De uariis terminorũ ſententiarũq; interp̄tationibus in iure noſtro agitur p legumlatores,tum canonicos tum ciuiles in titulis quos de uerborũ ac rerũ ſignificationibus inſcripſere.cæteri quoq; doctores cõmentaria ſua omni claritate p luſtrando partẽ hanc non minimum excoluerunt.nec defuere qui ſolida ex hoc uolumina compleuerint.tãtum enim ualet prudentũ interpretatio: ut id a lege determinatũ dicamus:ad quod ipſa per prudẽtum interpretationem extẽditur. ut Inſti.de leg.pat.tut.in hac igitur interpretationis materia generales quaſdam regulas adnotabo priuſquã de loco diſſeram.

❡ In iure interpretando legis latoris mens imprimis conſideranda eſt & ab ea minime recedendum:uerbis etiã repugnantibus.l.ſcire oportet.§.Erit igitur de excuſ.tut.ibi.& ſi uerba legis hunc habeant ſenſum.mens tamen legis latoris aliud uult.l.ſcire leges.ff.de legi.c.intelligentia de uerb.ſignl.intentioni enim uerba deſeruiunt:non autem intentio uerbis.c.Secundo requiris.de appell.

❡ Cum diſponentis mẽtem nõ habemus:uocabula interpretabimur cõi hominum acceptione.l.librorũ.§.quod tamen Caſſius cum glo.ff.de leg.iii.l.in uulgari.§.ſi.ff.de uerbo.ſign.l.cũ delanionis.§.aſinam molendinariã.ff.de fun. iſtruc. leg.hocq; recta exiſtimo ratione factũ.ut ſicut per cõem intellectũ uocabulis p prietates aſſignatæ ſunt:per eũdem minui poſſint & augeri.Hinc Hora. in poet.

Multa renaſcentur quæ iam cecidere:cadentq;.
Quæ nunc ſunt in honore uocabula:ſi uolet uſus.
Quem penes arbitrium eſt:& uis ac norma loquendi.

¶ Vnum tamen aduertẽdum eſt:ꝙ ſi prolata ab homine uerba īterpretari uoluerimus ſequemur cõmunem loci in quo degit uſum:ut ſi ſint legis uerba: cum non hæc ſpeciali loco tradita fuerint.c.ut animarũ de conſtit.iuxta cõmunẽ peritorum uſum fiet interpretatio noſtra.ita loquitur.l.ſi de interpretatione.ff. de legibus.Si nec mens nec uſus aliud ſuaſerit:a ꝓprio uerbi ſignificatu minime recedemus.l.nõ aliter.ff.de leg.iii.l.ille aut ille eo.tit.l.i.§.ſi quis nauem.ff.de exercit.c.clericos.xxi.diſt. At qm̃ nõ ſatis clare patet:quãdo ꝓpria uel impropria dicatur elocutio:regulas ſtatim ſubitiã.ex qbus quõ fiat impropria cognoſcentes:q̃ ſit propria iudicabitis.Contrariorũ eni eãdem eſſe diſciplinã docuit imperator in inſti.tit.de his qui ſunt ſui uel alie.iu. Impropriam dicimus eam locutionẽ q̃ a proprio effectu rei per ipſam deſignãdæ recedit.l.ſi tibi.ff.ſi cer. peta. Item qñ unum uocabulum ponitur pro alio diſſimili.l.ſi uno.ff.loca. Impropria item uocat̃ elocutio cum dictioni ſimpliciter prolatæ quaſi uel fere: ſubaudiendum eſt:ut cum ponimus uſufructũ pro eo qui eſt quaſi uſufructus.in.l.ii.ff. de uſu ea re.& in.l.ſed ſi poſſeſſori.§.ſed & ſi reum.ff.de iure iurã. Impropria item eſt:quæ uel aliter ſignificat q̃ ſonet:ut in.c.ſalubriter de uſu.ibi dos numerata ꝓ numerãda:& i.l.cũ in libris.C.de here.inſtit. Vel q̃ per figuras tantum ſaluari cõſueuit,de quibus eſt glo.in.c.forus:de uerb.ſig. Propterea Dy. in.l. i.ff.de uerbo.ſig.dixit maſculinũ concipere fœmininũ:ex quadam improprietate potius q̃ ex ratione recti ſermonis ar.l.plautius.ff.de aur.& arg. leg. Quod an uerũ ſit elegãter docet Bar.in.d.l.i.ubi etiã an & quando maſculinũ cõcipiat fœmininũ luculẽter inſinuat. Inter alias ſermonis improprietates illud ĩpropriũ ualde iudicamus:quod ironicõ ſenſu ꝓfertur.de quo in.l.cũ quidam.C. de leg. ¶ Ex ꝓcedentibus facile admonemur ꝓpriã dici allocutionem.quæ ſecundum propriã & ſubiectã materiam ſit.ceſſantibus cũctis q̃ in antecedenti dicta ſunt.Oportet enĩ rebus de quibus loquimur cognitos:id eſt cõſonantes habere ſermones § eſt & aliud Inſti.de dona. Ariſto.In primo ethic. Veriſimilitudo ꝑterea non paruã in legibus enodandis utilitatẽ afferre ſolet.de qua loco ſuo inferius dicet̃.ſicut & de rubricis.Adde tu ꝙ appellatio quæ cõuenit ſpeciei eſt tantum propria.l.i.ff.de donat.nam donatio ut genus competit legato.l. legatũ.ff. de leg.ii.& tamen impropriæ:ut ibi.ex quo nota ꝙ in diffinitione cadũt uerba ĩpropria.Item eſt propria natura uocabuli ius quędam attributa dictioni ab intellectu ad exprimendũ apte & proprie conceptum mentis.Bald.in.l.i.in.iii. col. uer.tertio opp.circa fi.ff.de Iuſt.& iur. An uerbũ continetur:& uer.pro dicãt ꝓprietatem uel improprietatem uide Iaſ.in.l.Gallus,§.Inſtituens. in. iii.col.in fi. ff.de lib.& poſth. Itẽ,illud ſtat proprie quod lex appellat ta'e.l.proprie.l.frugẽ. ff.de uerbo.ſig.Bar.in.l.omnes populi.xxi.col.uer.quero:unde ſummatur.ff. de Iuſt.& iur.dicit ꝙ illud eſt ꝓprie ꝙ lex appellat proprie:& ibi de hoc:& Bal. in.l. non ſine.in.ii.col.C.de bon.que.li.dicit ꝙ illa locutio eſt propria quæ conſtãt ex ſui diffinitione.

¶ Alia ſe ſe offert Concluſio minime triuialis & negligẽda:ꝙ ubi lex noua editur ad

tur ad ueteris interpretationem: iuxta terminos antiquioris eſt intelligenda: ut in Aut. de fil. ant. do. in. na. §. pen. in fi. Item & aliud ſilentio non preteribimus, q ex diuerſitate nominis ſpeciei diuerſitatem interpretamur: quātū ad iuris effe ctum. l. titia. §. filia. ff. de condi. & demon. l. ſi idē. C. de codi. c. oino. xxxi. diſt.

¶ His cōmodum decurſis: operepreciū eſt ut ad pollicitū interp̄tationis locū noſtra ſe flectat oratio. Latius in præmiſſis ſumpta eſt interpretatio. hic aūt pro expoſitiōe ſeu declaratione nois minus noti per aliud magis notum accipitur. Quem locū pleriq; ex noſtris græciſſantes ab ethimologia nūcuparūt. Tullius uero uocabuli (ut reor) aſperitate territus a nota locum dicere maluit. Interpretationis huius ſpecies duplex eſt. una q̄ cum inter p̄tato cōuertitur ſicut diffinitio & ab hac affirmando & negādo ducimus argumentū. ut iſte: eſt ellectus in ſorte domini. ergo eſt clericus. cū clericus dicatur qui in ſorte domini ellectus eſt. c. cleros. xxi. diſt. Item quicūq; eſt ellectus in ſorte dñi eſt habilis ad beneficia. Titius eſt ellectus in ſorte dñi ergo Titius eſt aptus ad beneficia. Item tu non es ellectus in ſorte dñi: ergo tu non es clericus. Reg. eſt. quodcūq; dicit̄ uel negatur de interp̄tatione cunuertibili. illud idē & de interp̄tato dicimus. Altera eſt interp̄tationis ſpēs quæ cum interp̄tato nō conuertitur. ut eſt. teſtamentum eſt mētis teſtatio. & non cōuertitur eſt mentis teſtatio ergo teſtamentū. de hoc doct. in Inſtit. de teſta. in prin. In hoc tamen ea eſt diſtinctione utendū: quā edocuit Raphael cumanus. in. l. i. ff. de acqui. poſ. Aut. n. huiuſmodi interpretatio ſummitur ab accidenti ſeu euentu. & nulla trahetur argumentatio. cū nō p. bet. h. e. q. ab. h. c. ab. c. inter corporalia de tranſ. prælat. probat̄ hoc in. l. Taberna. ff. de uerb. ſig. Tabernæ enim ex accidenti primo a tabulis quibus claudebatur dicta eſt & tamen nūc non ſequitur. Taberna eſt. ergo tabulis cincta. uel tabulis cincta nō eſt. ergo. nec taberna. cū & ſine tabulis habitationes reliquæ tabernæ dicant̄. Aut uero ab eſſentia deducitur interpretatio hæc: & tunc ab interpretatione ad interpretatū negatiue tenet arg. ut ex cōmodato equus nō ſit de meo tuus. ergo non fuit mutuum. affirmatiue autem non tenet. Regu. ſit hæc. A quo remouetur interpretatio eēntialis ab eodem remouetur interpretatum. l. ii. §. appellata. ff. ſi cer. pe. Ab interpretato ad interpretationem affirmatiue tantum ualet. ut eſt mutuum ergo de meo tuum eſt teſtamentum ergo mentis teſtatio. §. I. Inſtit. de teſta.

¶ Huic loco nō inuenuſte annectitur quæſtio: an & uerbalia q̄ ab ipſo actu dicuntur: cū ſua expoſitione cōuertantur. ita ut ab uno ad alterū deducatur conſequentia. ut ſequatur. docet. ergo doctor eſt. cū doctor ſit qui docet. Bar. in prohœ. ff. ꝑ dixit quædam eſſe uerbalia: q̄ ultra actum dignitatem quādam afferebant. & hæc ex actu ſolo minime inferebātur. nec & ipſa actum inferebāt. nec enim ſequitur q doctor ſit qui docet: nec doceat qui doctor eſt. alias autē ſemp unum ex altero infertur. ut idem & Cano. in. c. I. de iud. in fi.

¶ De loco a toto integrali.

¶ Totum multiplex eſt: multipliciterq; ab eo loci deriuātur. de ſingulis fiet. ſpe

cialis mentio.bene eſt ut prius de loco a toto integrali uideamus. Totum integrale dicimus quod eſt cõpoſitum ex partibus. Cuius pars dicitur integralis quando cum aliis partibus conſtituit totum.ut domun,exercitus dicunt totum integrale:quorũ partes integrales ſunt. Aula,ĩpluuiũ,cogna,phalanx, ala. ❡ Vnum tamen notãdum eſt.ꝙ totius integralis duplex dicitur eſſe pars. altera quæ homogenea:altera quæ etherogenea uocitetᷣ.Homogenea eſt q̃ cum ſuo toto eiuſdem generis eſt.ut aqua ignis ferrũ & hæc ſemper de ſuo toto p̃dicabitᷣ: ut pars aquæ eſt ergo aqua & de hoc intelligitur tex.in.l.appellatiõe.rei pars etiam cõtinetur.ff.de uerb.ſign. Ab huiuſmodi aũt nõ intẽdimus argumẽtationẽ ſummere:niſi p̃dicatiõe,ut dictũ eſt. Etherogenea eſt quæ cũ ſuo toto diuerſi generis ẽ uel natura uel rõne.ut coquina & phalanx.Et hæc ſui totius p̃dicationem affirmatiue nõ recipit.nõ enĩ ſeqtur coquina ẽ.ergo domus.caput eſt. ergo homo. Rurſus ſciendũ eſt ꝙ etherogeneæ partis altera dr̃ principalis altera non.Principalis dr̃ ſine qua res exiſtere nõ põtᷣut caput in hoĩe,paries in domo: Minus principalis ẽ ſine qua totum exiſtere poſſet.ut pes, & manus, in homine, Coquina in domo.& de his affatim Bar.in.l.ii.uer.ſed q̃ro qd.ff.de pub. iudic. ❡ Locus autem a toto integrali eſt habitudo totius ad ſuam partem. Et ſi pars ſit etherogenea principalis ſemper conſtructiue tenetᷣargumentum ut domus eſt ergo paries eſt. Regula ſit.

Poſito toto integrali ponitur & quælibet eius pars.c.in toto de reg.iu.c.t.de Arbit.in.vi.proptetea dixerunt Canoniſtæ in princ.Sexti & decretalium ꝙ qui librum ſcribere promiſit tenebitur & rubricas ſcribere.

❡ Alia in hoc legiſtis congruentior datur Regula.

Quod diſponitᷣ in toto in qualibet eius parte diſpoſitum intelligiturᷣ.l. q̃ de tota. ff.de rei uẽdi.l.ſiquis cum totum,ff.de except.re.iu.exẽplum: Vẽdidiſti domum ergo & oẽs parietes uenditi dicẽtur.cum diſpoſitũ in toto &c.Contra hoc obiicitur qm̃ iter in iure cẽſetur pars actus.l.i.§ actus.ff.de ſerui. ruſt. predi . & tñ qui ab actu abſoluitur ab itinere non liberatur.l.ſi mater.§.ſiquis iter.ff.de excep.re.iu.ubi glo.obiectionẽ hanc multipliciter ſoluere conata eſt.placet tandẽ ꝙ in.§.ſiquis iter dixit iter & actũ poni pro ſpeciebus ſeruitutũ diſtinctis : ut in.l. loci corpus.§.i.ff.ſi ſeru.uen.& in.l.i.ff.de adim.leg.quãdoꝙ uero actus pro eius cõmoditate ponitur:& tũc ad illũ ſe habet iter ut pars ad totum.d.§,actus.& i l.qui uſũfructũ.ff.de uerb.oblig. ❡ Generalius aũt reſpondẽtes dicunt Regulã non tenere quando totius & partis rõ eſt diuerſa.l.papinianus.§.ſi impuberis.ff de inoff.teſt.l.ex mille.ff.de euict.Itẽ nec qñ lex diſponitur de parte aliter q̃ de toto.nam cõſeruator ſubdelegat in parte nõ in totũ.c.ſi.de off.del.in.vi.

❡ De loco a parte integrali ad totum.

❡ A parte integrali ſi ſit etherogenea principalis ad ſuum totum negatiue ſummitur argumentum.ut paries non eſt ergo domus non eſt interrogatio non eſt ergo ſtipulatio non eſt. ❡ Regu.

Deſtructa uel deficiente parte principali deficit ſuũ totũ.l.cum qui edes.ff.de

uſuc. Adde Bar. in. l. qui uſumfructum. ff. de uerb. obli. qui dixit aliã eſſe partem integralẽ, aliam eſſe ſubiectiuã. Ideo uſuf. eſt pars integralis non ſubiectiua do- minii. glo. in. l. recte. ff. de uerb. ſig. & in. l. iiii. ff. de uſuf.

℄ De loco a toto copulato.

℄ A toto copulato trahimus argumentũ. cum a pluribus in orõne copulatis ad partes ſingulariter deſcendimus. ut pater & filius ſunt in poteſtate alterius ergo filius eſt in poteſtate alterius: cũ regula ſit ꝙ Id quod dr̃ de toto copulato: & de qualibet eius parte. l. ea tñ adiectio. ff. de lega. iii. Quod nõ ꝓcedit cũ coniuncte accipitur copula. i. cũ ponitur ſuper uno ad quod cõiunctim oẽs requirũtur. nõ eni ſeqtur Iulius & Antonius delegati poſſunt cognoſcere de cauſa, ergo Iulius poteſt cognoſcere de cauſa. c. cum cauſam de off. del. facit. l. ita uulneratus. ff. ad legẽ aquil. in fi. ubi ſi plures furati ſunt trabem: quam ſolus ferre nõ poterat, Subtili ratione dici poteſt neminem eam furatum fuiſſe.

℄ De loco a toto uniuerſali ſeu a genere ad ſpeciem.

℄ Totũ uniuerſale appello orõnẽ uniuerſaliter negãtem uel affirmantẽ: ut oĩs cõtractus. & nullus cõtractus. Hũc, a genere ad ſpeciẽ Auguſtinũ Ciceronẽq; ſequentes pleriq; ex noſtris uocitarunt: non tñ capientes genus ut ſub ſe in p̃dica- mẽto cõtinet ſpẽs. ſed pro cõi noĩe cũ. uniuerſali ſigno determinato. ℄ Ab hoc aũt cõſtruẽdo: & deſtruendo ducimus argumẽtũ. conſtructiue. ut Omne marmor eſt legatũ ergo & ſtatua marmorea legato cõprehẽdi dr̃ cum ea utiq; marmor ſit. ℄ Reg. Qui oẽ dicit nihil excludit. l. iulianus. ff. de lega. iii. l. heres meus §. i. eo. ti. l. i. ff. de au. & arg. leg. ꝓpterea dicimus tñ ualet generalis monitio: quo ad oĩa: quãtũ ſpãlis ad q̃dã. c. licet de offi. uica. in. vi. l. ſi duo i ſi. ff. de admi. tut. l. ſi corpus in pri. ff. de leg. iii. ℄ Itẽ poſito gñe ponit̃ q̃libet eius pars. l. in gñalibus. ff. de reg. iu. l. ſi qd. §. iter emptũ. ff. de lega. iii. & hoc p̃cipue qñ genus emanat doctrinæ grã, qa tunc cõprehẽdit etiã digna nõ ſpãli: ne doctrina ſit uaga: & incerta. § qbus in ꝓhœmio digeſtoꝝ Bar. in. l ubicũq; col. iiii. de interr. acti. fallit qñ legiſlator aliud exprimit. l. ſed & ſi p ꝓtorẽ. §. deniq;. ff. ex qui. cau. ma. Bar. ubi ſupra. ℄ Item ſi uniuerſalis eſt uera: q̃libet eius particularis eſt uera. teſtat̃ Iulianus in. l. ſi is q, ducẽta. §. ueꝝ. ff. de reb. dub. ℄ Deſtructiue ita. Nullus contractus eſt actio. ergo nec mutuũ. cũ & mutuũ cõtractus ſit. ℄ Q uodcũq; remouet̃ a toto in gñe remouet̃ & a q̃libet eius parte: probatur qa genus hẽt oẽs ſpẽs ſubſe. ut in reg. in gñalibus ℄ Illud notãdũ eſt: ꝙ arg. nõ ꝓcedit cum diuerſa eſt rõ p̃dicandi totius & partẽ. l. cum aurũ. ff. de aur. & ar. leg. Verba enĩ quãtũuis generalia ad habilitatem reſtringẽda ſunt. l. lutius titius. & ibi Bar. ff. de leg. ii. & ideo dicimus ꝙ tũc non licet argumẽtari a genere ad ſpeciem quando genus non infert omnes ſuas ſpẽs Io. an. in. c. exceptiones. de lit. cõteſt. in. vi Egi. Conſ. ix. col. v. ubi ponit exemplum & in quãtum dicitur genus reſtringi ad habilitatẽ: non procedit quãdo uerbũ uniuerſale additur uerbo futuri tẽporis cõtinentis extentionẽ actus iam cõceſſi. Bar. in. l. i. in. iii. col. uer. de pſona. C. de ſac. ſanc. ecc. per tex. in. l. i. §. omnibus. ff. de no. op. nũ. l. i. §. i. cum. l. militari. ff. de mil. teſt. Item nec quan-

do agitur de fauore publico Iaſ.in.l.rogaſti.§ ſi.ff.ſi cer.pet. ¶ Obſeruãt quoq; doctores noſtri ut ſi clauſula iſta generalis poſt aliqua ſpecialiter expreſſa ponatur.cõprehendat tantum ſimilia expreſſis.l.ſi.§.cui dulcia.ff.de uin.tri.& ol.leg.cle.non poteſt de procur. ¶ Dicunt etiã q; in hac generali elocutiõe: loquentis nũquã nũq̃ pſona claudetur.c.petitio de iniur.l.ſi quãdo.C. de nõ nun.pec.

¶ At ſi capiamus genus ita ut in pdicamentis accipitur.Deſtructiue tñ fiet argumentatio.ut nõ eſt cõtractus.ergo nec eſt emptio quæ contractus ſpecies eſt.

¶ Reg. A quocũq; remouetur genus & omnis eius ſpecies remota dicet.l.quãtu.n.§.illud.l.fundi.ff.de fun.inſtruc.leg.l.ſi.C.de reb.ali.non ali. Ariſtot.in.iiii.top.glo.in.l.cauſa cognita.C.de tranſac. ¶ Dicendũ tñ uideretur.q; & conſtructiue ab hoc genere trahi poſſet argumentatio: cum ut notat.in uſi.feu tit.per quos ſi.inueſt.§.i.in ſi. ¶ Poſito genere & quælibet eius ſpẽs poſita intelligatur. Sed illud tantũ prædicationis cauſa pcedit:ut ibi teſtatur Bal.Genus.n.ſemp de quocũq; ſuo inferiore pdicari aptum eſt.uel ibi (ut reor) genus ut in principio ſũptũ eſt accipitur. Specialius cõſueuerũt prudẽtes noſtri locũ ab uniuerſali ducere.cũ ab inde ſinita bonorũ uniuerſitatẽ cõplectẽte ſumitur arg.ad ſuas partes. ut hereditas eſt relicta.ergo & fundus qui in hereditate eſt. ¶ Item quæſtio eſt an mihi teſtatoris debeãtur ſuppellectilia.teſtes probãt hereditatẽ deberi.ergo & ſupellectilia debita pbaſſe dicẽtur.Bal.hæc in.l.cõuenticulam.C.de epiſ.& cler. Reg.ſummatur in ſuperioribus.de indefinita autem inferius dicetur.

¶ De loco a ſpecie ad genus.

¶ Hunc locum Cicero,a forma Themiſtius a patre,noſtri,a ſpecie uocant.Eſt.n. ea habitudo quam habet ſpẽs ad genus,ſeu pars ad totũ & affirmatiue tantũ procedit:ut emptio eſt.ergo contractus eſt.

¶ Regu.De quocũq; dicit ſpẽs de eodẽ dicitur genus.Ariſt.in.4.top.

¶ Item affirmatiue & negatiue argumentari poterimus: ſi partes ſimul omnes ad aliquid capiantur.ut in argumento inductionis oſtendimus.

¶ Aliam faciamus regulã q; ſi in hac uniuerſali q̃libet ſingularis nõ eſt uera:tota oratio redditur falſa.l.ſi is qui ducẽta.§.uerũ.ff.de reb.du.Dicunt etiã legiſte. Generi per ſpẽm derogatur.ut in reg.Generi.in.vi.nõ tñ,e contra.l.uxorem.§.feliciſſimo.ff.de leg.iii.de quo late per Henri.in.c.ſtuduiſti.de off.leg.Bar.Brix. in ſuis Brocar.Item ſpẽs pmiſſe reſtringũt genus.late per Iaſ.in.l. ſi de certa.C. de tranſ.Item aliquid expreſſum in genere dicitur expreſſum in ſpecie quãdo genus nõ poteſt referri niſi ad unũ.l.nominatim.ff.de lib.& poſt.c.paſtoralis. in ſi. de reſc.Idem eſt qñ oẽs ſpẽs tendũt ad eundem finem.c. pia.§ ſiquis igitur ubi Phil.in.iii.col.de excep.in.vi.de materia generis & ſpẽi ui.Fili.in.c.paſtoralis.de offi.ordi.Corn.in conſi.iiii.in.ii.uol.Iaſ.in.l.ii.§.prætor ait.ff.qui ſatiſd.cog. Bar.in.l.quæſitum.§.ſiquis fundum.ff.de fun.inſtruc.leg.Areti.in.c.at ſi clerici. in.iii.col.de iudi.Quid autem quando cõſtitutionum una eſt ſpecialis reſpectu perſonarum.alia ſpecialis reſpectu rei quæ præualeat.uide Abba.in.c.i.de iura cal.Bar.in extra.ad reprimendam.in uer.nõ obſtãtibus.uer.quid dicemus. An

cha.in Rub.de regu.iur.& dicitur ſpecies q̄ a generalitate abſtracta eſt ſecur dū Dy.qui multa allegat in reg.quod ſemel.Et genere nō differunt q̄ ſecūdum plus & minus differūt.l.fi.ff.de fun.inſtr.leg.& An lex generalis tollat priorē ſpālem ut glo.& doc.in.l.ſciendū.ff.qui ſatiſ.cog.& in aut.de hered. ab int. in princ.in uer.uacātibus.Item ad materiā ui.Iaſ.in.l.i.c.de tranſ.& Bar.in.l.Aurelio.§.Gaius ad finem.ff.de lib.legat.Saly.Pau.Alex.in.d.l.ſi de certa qñ dicūt uerba generalia extendi ut cōprehēdant acceſſoriū.& ꝙ uerba generalia nō extēdant ad ſupueniētia de nouo.eſt tex.in.l.qui cū tutoribus.in fi.ff.de tranſac.ubi Bart.Pau.de caſt.Ang.& Iaſ.Huic Rubrice cōueniunt ea q̄ dicimus de exceptiōe q̄ firmat reg.in nō exceptis c.ii.de cōiug.lepro.l.i.ff.de reg.iu.l.in hiis.ff.de legi.q̄ magis ꝓbāt reg.uitiari ab exceptiōe ſed in caſu ſuo.ad hoc.l.nā ꝙ liqde.§.fi.ff.de pe.leg.

¶De loco a toto in loco.

¶Totum in loco dicimus omne aduerbiū cuncta ſignificatu ſuo loca complectens ut ubiq;,& nuſq̄.Conſtructiue & deſtructiue argumētamur ut deus eſt ubiq; ergo eſt hic.uel Antichriſtus eſt nuſq̄.ergo nō eſt hic.Reg.Cui cōpetit totum in loco cōpetit & q̄libet loci pars.Inſti.de uſuca.in prin.¶ Et q̄cquid remouetur a toto in loco remouetur a qualibet eius parte.probatur ex antedictis.& ex tex.in l.i.ff.de ſenat.¶Vt tñ recte per hunc locū ꝓcedat argumentatio.neceſſe ē ꝙ totum diſtributiue teneatur.Voco aūt totū diſtributiue teneri cū uerificatur ꝓ quolibet ſuo inferiori:ut ubiq; nuſq̄ ¶Sciēdum quoq; eſt ꝙ huiuſmodi locorum enūciatio ad habilitatē reſtringitur ut in p̄cedēti loco fuit annotatū.probatur in.l.lex cornelia.§.ſi tñ.ff.de iniur.Cauendū p̄terea eſt ne argumentatio ſummatur per hæc uerba īcipit definit.Vnde nō tenet impe rator incipit dare leges ubiq; ergo īcipit dare Bononiæ.¶Hoꝝ uerboꝝ expoſitionē (ſi quidē pulchra eſt:& legibus conueniēs) nō obmittā.Sciendū igitur primo eſt:ꝙ rerum q̄ ſunt.q̄nq; totum eſſe ſimul ſtatimq; acqritur.ſeu ſucceſſiua aliqua mutatiōe p̄cedēte ut in hoīe,& in ſacramento altaris,ſeu nullo p̄cedente motu ſucceſſiuo: ut fuit in angel s, a deo creatis.Quādoq; aūt reꝝ paulatim eē acquiritur.i.pars poſt partē.ut ſunt res naturę pmanētis.ut albū & nigrum.quoꝝ denominatio pēdet a dominio quod paulatim ſup cōtrario cōſequūtur.ut albū ſup nigro penitentia & cōtritio ſuper peccato.queadmodū apparet in not.in.c.cū renunciatur.xxx.q.i.q̄d plęriſq; ſubobſcurū uiſum eſt:declarabiturq; ex hiis:quæ hic dicuntur.¶ Similes quoq; ſunt res naturæ ſucceſſiue:ut motus,tempus.p̄ſcriptio,& uſucapio.¶E cōtrario autem aliquaꝝ rerum eſſe ſimul ſtatimq; deperditur. Aliquarum uero ſucceſſiue.

¶Vbicunq; igitur incipit dicetur de re cuius eſſe ſimul acquiritur: exponemus p copulatiuam q̄ primo p̄ſens affirmabit.ſecūdo p̄teritū negabit. ut homo incipit eſſe liber.exponetur.i.homo nunc eſt liber.& īmediate ante hoc non fuit liber.& ex hoc habetur ſenſus glo.i in iſt.de hiis qui ſunt ſu.uel ali iu. uer. acquiritur in fi. Eadem eſt expoſitio.Definit.in ſimilibus.ut dicamus.Titius definit eſſe alieni iuris.i.Titius eſt alieni iuris:& ſtatim poſt hoc non erit.ar.tex.& glo.iſti.Qui.mo.luſ.p.p.s.in.u.& tunc.& in.§.ſed ſi.inſti.de Attil.tut.l.mulieris.§. deſinere. ff. de

uerbo.ſigni. ¶ At cum res ſucceſſiue ꝓducūtur ad eſſe uel finiūtur. Expoſitio i/cipit fit p copulatiuā: cuius prima pars negat pſens: ſecūda futurū affirmat ut iſti infundi incipit gratia.i. huic non eſt infuſa gratia ſed ſtatim poſt hoc erit infuſa. Item qui renūciat iprobitati incipit habere uirtutē. ideſt qui renūciat improbita/ti non hēt uirtutē: ſed ſtatim poſt rcnunciatiōnē habebit. ¶ Ex hiis aperiuntur nō in.d.c.cū renunciatur.&.c.ferrum.l.diſt. &.l. Arethuſa.§.ii. de ſta. homi. ¶ Deſinit uero in hiis habet primā negantē de pſenti: ſecūdā affirmātem de pte/rito.ut Petrus deſinit eſſe peccator id eſt Petrus nō eſt peccator & ante hoc īme/diate fuit peccator. Ex premiſſis manifeſte apparet ꝙ ſi dicamus ſol incipit eē ubi ꝙ ꝙ non ſequit̄ cū eſſe hic. Sed bene ſeqtur. Cōſtitutio incipit ligare ubiꝗ poſt du os mēſes ergo etiā ligat hic. A parte aūt in loco ad totum negatiue tantū ar/gumentamur. ut Titius non eſt hic. ergo non eſt ubiꝗ.

¶ A toto indeſinito.

¶ Totum indeſinitū uoco terminū uniuocum cōmunem īdefinite ſumptum. ut homo bos &c. pars uero in hoc toto eſt dictio indefinite ſumpta cū determi/natiōe nō diminuente ut hō albus: & marmor pictū. ¶ At qm̄ tota huius argu/mētationis uis dependet ab indefinita uniuerſaliter uera. uidēdū ē quādo apud noſtros uniuerſali cōparet. ¶ Abb.in.c.qm̄ de coniug.lepro. Gaſparem Oldra dūꝗ ſecutus: doctrinā quandam exhibuit.ꝙ indefinita tantum uniuerſali equi/pollebat: cum per uerba collectiua conciperetur. ut capitulum populis &c. nō au/tem ſi per ſingularia. Damnatur Abb. ſentētia tum ꝙ putauit ex ſingularibus no minibus, cuiuſmodi ſūt propria uel appellatiua cū pronomine demōſtratiuo in/definitam poſſe orationem fieri.cū potius ex talibus ſingularis fiat nō indefini/ta ut docet Ariſto.tū falſa creditur eius opinio.ꝙ ea regula quæ habet ut indefi/nita equipolleat uniuerſali indiſtincte loqtur. ut patet ex.c. Ad audiētiam de De cim.&.l.i.§.& urbem.ff.de off.præfec.urb.l.i.§.generaliter.ff. de lega. præſtan. ¶ At ſi opponeretur ꝙ iure cautū eſt: ut ſi marmor īdefinite legetur rudis tantū materia pſtari debet.l.quæſitū.§.illud.ff.de leg.iii.ſi uero dicat̄ lego omne mar/mor: & rudis materia & ſtatuæ marmoreæ debentur.l.heres meus.§.i.ff. de leg. iii.l.i.ff.de Auro & argen.leg.

¶ Itē ꝙ ſi indefinite relinquat̄ lana nō debebit̄ tincta: ſi uniuerſaliter ſecus.l. pedi culis.§.labeo.ff.de Aur.& argen.leg. Reſpondebimus ex ſentētia Dyni in prohe mio de Reg.iu.ꝙ ſemp indefinita equipollet uniuerſali cū oium particularium eadē eſt conditio & ratio.qd̄ elegāter probat.d.l.q̄ſitū in.§.illud: ſi tñ negatiue ꝓ feratur maiorē cū uniuerſali equipollentiam ſeruabit.per.l.ſi is q duceta.§.utrū. ff.de Reb.dub. Ea eni abnegatiōis (Auguſtino teſte) natura ē: ut quicquid inue/nit deſtruat: & oppoſitum inducat. ¶ Sed cōtra hæc inſtabit lector argumento/ſus: ꝙ ſi præcedens regula ueritati ſubnitetur iam oīa uniuerſalia ſigna fient in iu re ſupflua cū tñ & hæc: niſi ad habētem rationis ſimilitudinem extendātur. ut ſu/pra in loco ab uniuerſali dictum ē: Reſpōdemus ex hoc uniuerſalium ſuperflui/tatem minime probari.cum indefinita uniuerſalitatē comprehendat ex iuris in/

terpretatione tantū:non ex ſignificatione propria ut uniuerſalis:ut in.l. Iulianus ff.de leg.iii. Item cū univerſalis ea quorum diuerſaeſt cōditio amplectitur.modo ad generalitatē inhabilia nō reperiantur.quæ etiam cōplecteretur niſi excepta fuiſſent per.d.l.iulianus. ℂ Vt tamē unde digreſſi ſumus noſtra reuertatur oratio:Cōcludimus ꝙ ſi indefinita dictio uniuerſaliter teneatur. argumentamur affirmatiue ut clericus tenetur dicere officium.ergo ſubdiaconus tenetur officiū dicere.cum & ipſe clericus ſit. ℂ Regu.

Dictum de toto indefinito & de qualibet eius parte dictum intelligit̃.l. ſi alienatum.§.donationis.ff.de uerb.ſigni.niſi contrarium ex diuerſa ratione cōtingeret.l.filius famil.§.ſi.ff.de donat. ℂ Item negatiue argumentamur.ut non ē clericus ergo non eſt diaconus. ℂ Regu.

A quocūꝗ remouetur totum ab eodem remouetur quælibet pars.l. Si titio. ff.quando dies leg.ced.

A parte uero ad hāc uniuerſalem indefinitam affirmatiue ſemper tenet argu. ut pecunia argentea eſt legata ergo pecunia eſt legata. ℂ Regu.

De quocunꝗ pdicatur pars idefinite de eodē pdicatur totum.l.ſi mulier.§.ſi metu.ff.qđ me.cau. ℂ Vt tñ recta ex his locis ſummatur argumētatio prouidēdum eſt ne in parte reperiatur determinatio diminuēs ꝑpterea nō ſequitur. hic eſt nūmus falſus ergo eſt nūmus ut dixit Io.an.in addit.ad ſpeculum in titulo de Crimi.falſi.Neꝗ ſeqtur hoc eſt teſtamentū falſum ergo eſt teſtamētum.l.ii.§.teſtamētū.ff.quēad.teſt.aper.cū etiā diſpoſitio loquēs de primo actu nō uerificet̃ in actu inualido.l.hæc conditio.la.prima.§.ſed enī & ibi Soci.in.ii.col.ff.de cōdi.& demo. ℂ Appello aūt in præſenti determinationem diminuentē qualitatē illam quæ alterat ſubſtantiā,formamur rei.adiectio enim falſi teſtamenti ſubſtātiam & pfectionē uitiat. ℂ Cauendū quoꝗ eſt generaliter ut recte tranſeat argumentatio.ne aliquid ſit in cōſequente qđ de antecedentis rōne diminuat: unde non ſequitur nolo ſcribere librū.ergo nolo ſcribere pro decē ducatis.Item ignis non facit aquam ergo non facit aquā calidam.fugienda itē ſunt uerba ſcipit definit de quibus ſupra. Eadem q̄ de toto ſuperius dicta ſunt & de toto in tempore repetita:ubi expedit intelligantur. Totum enim hic eſt ut ſemp.pars uero Heri.Cras.Vbi de hoc in jure diſponitur congruitas ſemper ſuenit conſideranda.c. Non mediocriter de conſe.diſt.v.

ℂ De Cauſis.

Cauſam nō hic ut in Argumenti diffinitione accipimus.ſed ita in propoſito diffinitur. ℂ Cauſa eſt illa ad cuius eſſe ſequitur:aliud ſecundum naturam. uel ſecundum Cal.eſt illa quæ influit in eſſe cauſati. ℂ Diuidit̃ aūt ſecūdū doctores in prohemio Sexti & Decret.ꝙ alia ē materialis,alia formalis alia efficiēs,alia finalis.De materiali habemus tex.ī.c.ꝙ nō.xxxii.q.ii.c.qa corpus &.c. quia panis de confec.diſt.ii.c.in ſynodo diſt.iiii.c.ī quadā.De cele.miſſ.De duabus ultimis habemus.c.de occidendis.c.non fruſtra.xxiii.q.i.c.i.§.una.De ſumma trini. & fide cath. uideamus igitur primo de loco a cauſa materiali.

¶ De loco a cauſa materiali.

¶ Materia dr̃ ex qua cum alio aliquid fit: Auctore philoſopho in primo Phiſi. & probat̃ in.§.q̃ ſi partim.Inſti.de re℞ diui. & in.l.adeo.§.cũ quis.ff.de acquirẽ. re.do.gl,in.l.q̃ſitũ.§.illud.ff.de leg.iii. ¶ Bifariam hãc diuidimus.ſiqdẽ alia per manens.ut ſi ex ære uas aliquod fiat quod in ipſam rudẽ materiã eſt reſolubile. ut in.d.§.cum quis. Alia eſt tranſiens.ut ſi ex melle & uino fiat mulſum.§.ſi duo rum inſtit.de re.di.uel ſi ex oliuis fiat oleum.hæc eñi in materiã ſuam reſolui nõ poſſunt.d.l.adeo.¶ Materiam ruſum tripartitã conſtat.Aut enim ẽ materia ex qua utpote ex principio intrinſeco & eſſentiali res ꝓducitur.Quæ & adhuc duplex ẽ qm̃ quædã ẽ materia rerũ naturalium:ex qua naturales res exiſtunt:ut elementa quæ mixtorũ oĩum natura ſunt.ar.tex.in.c.non debet de Conſang.& affi.Quædam ẽ materia rerũ artificia'iũ.ut ferrum.quod ẽ materia ex qua artificialiter fit gladius.Secunda ẽ huius ſpecies materia in qua & uocatur ea cui inheret forma accidẽtalis.ut tabula in qua ẽ picturà.Tabula enĩ materia dicetur in qua pictura ẽ.§.ſi quis in aliena inſti.de re.diui.Ratio aũt ẽ quoniã materiæ proprietas ẽ ut ſit formæ receptiua.Omne igitur quod formæ ſeu accidentalis ſeu eſſentialis receptiuũ erit.materia dicet̃:licet nõ ex qua res fit:tamẽ in qua res eſt. At ſi quiſpiã diceret cur non & tabula reſpectu picturæ materia ex qua pictura fiat uocetur:reſpondemus:q̃ tabula ꝑ ſe habet materiã & formã: & ſi diceremus ex illa conſtare picturam.ſequeretur q̃ forma aliqua ex materia & forma componi poſſet cõtra Ariſtotelem in libro ſex principiorũ qui dixit formã eſſe ſimplicẽ.¶ Tertio materiam uocamus eam nõ ex qua producit̃ uel cui inheret forma:ſed circa quã ẽ forma.ut eſt obiectũ alicu.us potentiæ.exẽplum color ẽ obiectũ uiſus:cum non ex eo fiat uiſus:ſed q̃ circa illum feratur,& talis proprie ſcientiis cum de eorum materia quæritur aſſignatur.

Ex ſubiecto.eñi quod ſcientiæ materia ẽ non fit ſcientia neq; in illo ẽ cum tãtum in anima fit:ſed circa illud negotiatur.¶ Hęc de materia:obiter attigimus: ut credatis iuriſcõſultum ea quæ ad terminorũ intelligentiam faciunt minime ignorare.¶ Loc⁹ ergo a cauſa materiali ẽ habitudo ipſius cauſę materialis ad ſuum effectum.¶ Argumentatio autem ſumitur tã affirmatiue q̃ negatiue ſi poſſibilitatẽ eſſendi contemplabimur. ¶ Exemplũ ſunt res quæ deducãtur in ſtipulatum igitur ſtipulatio poteſt eſſe. ¶ Reg.

Extante cauſa materiali poſſibile eſt effectum poni,tex.in inſti.de inutil.ſtip.in princ.quod intelligimus data aliarũ concurrentiũ cauſarum poſſibilitate.¶ Negatiue autem ſumitur argumentatio:quæ tantũ procedit in cauſa materiali permanente.ut æs non ẽ ergo uaſa ærea non poſſunt eſſe.Item non ſunt res in domi nio noſtro ergo nec põt eſſe ſtipulatio.

¶ Reg. Remota cauſa materiali permanente remouetur & eius effectus. inſtit. eo.tit.in ſecũdo rñ.in princ.ubi ſi in ſtipulatum deducatur res non exiſtens in rerum natura ſtipulatio eſt nulla.¶ Et quãuis etiam materia exiſteret:quæ defectũ contineret effectus uitiaretur.unde fit. ¶ Regu.

Vitiata cauſa materia i uitiatur & effectus.inſtit.eo.§.idem iuris.l. inter ſti pulantem.§.ſacrã.ff.de uerb.obli.c.ſi.de condi.appo.❡Contrarium tamen hu ius conclu.uidetur innui per.d.l.inter ſtipulantem in.§.fin.ubi deficiente re ex qua confecta fuit ſtipulatio preciũ ſoluitur.Reſpondetur id non euenire ꝙ ſtipu latio teneat deficiente materia:ſed quum fuerit in mora dãdi ſeruũ tẽpore quo debuerat ad p̃cium condemnatur.a principio enim uiuebat cum ſtipulatio cõ mitteretur.❡Opponi rurſus poſſet,ꝙ q̃uis acceptilatio peccet i materia produ cit pactum:ſecus ſi in forma,ut in.l.an inutilis & ibi Barto.ff.de acceptil. Reſpõ demus ꝙ ſi peccetur in materia acceptilationis.non proprie dici poterit accepti latio cuius proprium eſt liberare:ut in.l.i.ff.eo.ſi tñ in ea fuerit pactũ ualebit non ex acceptilatiõis uirtute:ſed ex partiũ cõſenſu ut ibidẽ manifeſte probatur.

❡De loco ab effectu cauſ.materialis perman.

❡Affirmatiue tantum ab hoc loco argumentamur.ut ſtipulatio de rebus ſit ua lida ergo res ſunt.item arma ferrea ſunt ergo ferrum eſt. ❡Reg.

Poſito effectu cauſę materialis permanẽtis ponitur eius cauſa.p̃batur ex his q̃ dicta fuerunt in Reg.p̃cedenti.❡In materia uero trãſeũte ſit. ❡Reg.

Poſito effectu materiæ tranſeuntis neceſſe eſt ipſam materiam fuiſſe.❡Exẽ plum panis eſt ergo farina & aqua fuerunt.❡Et mulſum eſt ergo uinum & mel fuerunt.probantur hæc in.§.ſi duorum inſtit.de re.di.&.l.i.ff.de uerb.obliga.& arg. in.c.ad diſſoluendũ de deſponſ.in pub.l.manumiſſiones.ff.de iuſt.& iure.

❡De loco cauſa formali.

❡Materiam ſine forma eſſe non poſſe clarum eſt,ſi iuriſconſultum intueamur i l.adeo.§.cum quis.ff.de acqui.rer.dom.propterea illam eſſe rei dare nolunt, ut i c.quia propter.de ellect.c.tua.de Sponſ.bene igitur erit ut poſtq̃ de materia tra ctauimus:iam de forma dicatur.❡Non enim hic de forma quæ extrinſece ſũ pta pro exẽplari ponitur tractare itendimus.ſed de ea tantum q̃ rebus inhæreat noſter erit ſermo.❡Hæc autem duplex eſt ſubſtantialis & accidentalis. Subſtan talẽ uoco eã q̃ rei eſſe cõſeruat & dat. Accidẽtalẽ uero q̃ rei ita forma eſt:ut res ſi ne illa eẽ poſſit.ut ẽ albedo in pariete:ut ſũt uerba i matrimõio.& ex hoc ſequiẽ cõcordia multarũ legum quæ ſibi contradicere uidentur:dum aliquę uolũt actũ ſine forma eſſe nullum.aliquæ autem illius ualiditatem forma etiam obmiſſa ui dentur aſſerere.ubi enim forma deerit eſſentialis actus nullo modo uiribus ſub ſiſtet.quod non ita fiet in accidentali.❡Hæc igitur detegunt errorem Hoſtien ſis in.c.cum deſideres.de ſent.excom qui uoluit abſolutionem ab excõmunica tione factam iuramento non preſtito inualidam eſſe.cum iuramentum pro for ma requiratur ibi & in.c.ex tenore.c. de cætero eo.tit.Illum enim merito repre hendunt cæteri doctores noſtri:cum & iuramẽtum non ex ſubſtantiali ſed ex ac cidentali forma in abſolutione requiratur.Ab illa ſubſtantiali forma in legi bus adeo ualiditas actuum dependet:ut non ſufficiat eam per equipollens adim plere.l.i.§.ſi quis.ff.de uerb.oblig.uoluit Alexã.in.l.i.ff.de liber.& poſth.licet ali as ſcriptum repetiatur:ex equipollentibus quod fiat non referre:ut in.l.quæ ex

trinſecus.l.ſi ſub una.ff.de uerb.obliga.l.certum.ff ſi certum petatur. Imola tamen in.l.ſi quis mihi bona.§.ſed quid ſi mandauit.ff.de acqui.heredi. per illum tex.glo.in.c.multi de conſecra.diſtin.iiii.glo.in cle.i.de ſequeſtr. poſſ.& fruc. dicunt actum tenere quando non nimis recederetur ab hac ſubſtantiali forma qui bus non aſſentior.cum ea per quæ opinionem ſuam conſtruere nituntur. loquã tur de uerborum formis:quæ per equipollens adimpleri poſſunt: niſi ſubſtantifice ad actum concurrant ut.d.l.i.ff.de uerborum obliga.non enim uerba ſed res attendi debent.c.intelligentia de uerbo.ſigni.l.ſcire leges.ff.de legi. hanc ſolutionem ſenſit glo.in.d.c.multi ſi illam recte inſpicimus. Vide tamen tex.in.§. illud.Inſti.mandat.ubi etiam in mandatis receditur a forma mandati & actus non eſt nullus. ℭ Præterea tanti forma hæc in legibus ponderis exiſtit. ut ſi cũ illa concurreret legis ratio, magis attenditur forma ut notant Doctores in.l.i. ff.de uerbo.obliga.ℭ Concluſionem aliam in ſuperiori loco relatam facit Barto.in.l.an inutilis. ff. de acceptil. ꝙ maius eſt peccatum formæ q̃ materiæ.ibi enim acceptilatio inutilis ex parte materię: producit pactum: quod non produceret ſi in forma eſſet uitium dicti autem rationem dixit eſſe Cy.in.l.codicillum. C.de teſtamen.forma eſt quæ dat eſſe rei.l.is qui quadringenta.§. quendam .ff. ad leg.falc.ut ſupra dictum eſt.materia uero tanquam extranea & aliena cenſetur.& qui alieno uitio laborat uenia dignus reperitur.l.lege.§.i.in fi.C.de uar. lib.Solutionem illius obiecti uide ſuperius in loco præcedenti.

ℭ Item aliud ſciendnm eſt:ꝙ quando peccatum fit in huiuſmodi forma: ſi non ualet ut ago:nec ualet ut ualere poteſt ut in.d.§.quendam &.c.i.& ibi Gemi.de poſtul.præla.in.vi. ℭ Erit igitur forma a qua intendimur argumentationis locum ſummere principium eſſendi cuiuſcunq; rei.

ℭ Illud præterea non ſilebo ꝙ tam philoſophi q̃ iuriſconſulti formam hanc in naturalibus materiæ correſpondentem ſpeciem appellare conſueuerunt. ut docet Ariſto.in.7.metha.& eſt tex.in.l.ii.in princi.ff.ſi cer.pet l.litibus.C.de Agrico.& cenſ.lib.xi.§.quod ſi partim Inſtitu.de Rerum diui.

ℭ Item forma aliquotiens eſt in ſimplici quandoq; in mixta materia:in ſimplici ut cum ex auro fit annulus permixta tripliciter euenit aliquando enim diuerſæ res coniunguntur ſecundum ordinem tantum: ut homines in exercitu. & plures gradus in arbore conſanguinitatis:tunc pro forma reſpondet illud totum quod exercitus uel ciuitatis nomine deſignatur.Quandoq; uero & ſecundum ordinem & ſecundum cõtractum uniuntur diuerſæ res.ut ſi ex lino & lana fiat tela uel ſi ex purpura & auro ueſtis:tunc pro forma reſpondet ipſa compoſitio.Multotiens autem aliquid componitur ex pluribus:quorum fit alteratio:ut ex melle & uino ſi fiat mulſum.uel ex uariis herbis fiat intinctus: tunc pro forma reſpondet ipſa mixtio.

ℭ At ne uerboſis uidear commentariis aures ueſtras detinere contra tex.in.l.i. ff.de orig.iu.de forma hactenus dixiſſe ſufficiet.propoſiti tantum loci declarationem breuiter aggredicmur.

¶ Locus a cauſa formali eſt habitudo ipſius cauſæ formalis ad ſuum effectum: affirmatiue datur Reg.

Poſita cauſa formali ponitur & eius effectus.c.cum apud.c.cum locū de ſpō ſa.l.nuptias.ff.de reg.iur. ¶ Negatiue autem datur hæc Regula.

Remota cauſa formali remouetur & eius effectus.ut ex præcedentibus apparet & melius probatur in.l.Iulianus.§.ſed & ſi quis.ff.Ad exhib.l.ſcia.ff. de auro & argen.leg.ubi dicitur mutata forma interit ſubſtantia. In contrarium tamē ad duci poſſet glo.Inſti.Qui mo.ius pa.pot.ſol.§. præterea in.u.per imaginarias. ex qua not.Cy.Bal.Ioan.de Imol.Ang.in plæriſq; locis q; licet correcta ſit cauſa formalis:non eſt correctus effectus,ſed illis reſpondeo q; imaginaria illa uenditio ſola:non erat cauſa cur ille capite minueretur.ſed cauſa erat ſtatus mutatio quæ adhuc remanet uenditione ſublata:ut expreſſe demonſtrant uerba glo.

Ab effectu etiam ad ipſam cauſam.affirmatiue & negatiue ualet argumentatio.pro qua datur Regula.

Ad poſitionem uel remotionem effectus cauſæ formalis.ponitur uel remouetur ipſa cauſa. Additio. Subſtantia natura & forma differunt Bal.in.l.In uendentis.in.ii col.de emp.& uendi.forma a lege tradita in dubio cenſetur ſubſtantialis Bal.in.l.Comparationes.in.ii col.C.de ſi.inſt.& in.l.i.C.ut in poſſ.leg. Itē quod exprimitur a lege in dubio cenſetur requiſitum pro forma. Ancha. Conſ. xxxyi.Iaſ.in.l.i.in.iii.col.uer.pro iſta opi.ff.de lib.& poſt.fallit quando id qđ exprimitur de neceſſitate inerat. Ant.in.c.ex inſinuatiōe.in.ii.col.de reſcri. Et quā do lex dicit actum nullum propter formam non ſeruatam ſemper actus eſt nullus ipſo iure etiam ſi ſit fauor partis tantum. Aret.in.l.ſed eſt quæſitum.ff. de lib. & poſthu. Ad materiam quando forma impleatur per equipollens ui. Iaſ.in.l.ii. §.uoluntatem.in.ii.col.ff.ſol.mat.in.l.i.in.iiii.col.ff.ſol.mat.

¶ De loco a cauſa efficienti.

¶ Operepretium eſt ut poſtquam uidimus de duabus eſſendi cauſis:ad duas fiendi tranſeamus.quarum prima ſeſe nobis offert cauſa efficiens. Hæc autē ideo dicitur quoniam ab illa primo ſit motus ut aliquid fiat.ut domificator eſt principium mouens ut fiat domus.

¶ Trifariam ab Auicēna diuiditur hæc cauſa. Alia enim perficit,alia diſponit: alia coadiuuat. Perficiens dicitur quæ ultimam rei perfectionem inducit:ut edificator cum edes perficit. Diſponens quæ non finem inducit ſed tantum materiam ad formam aptat ut ille qui polit lapides:& dolat ligna ut domus ex illis cō ſtruatur. Adiuuans uero quæ ad pricipalem effectum cooperatur: & ab eo quē adiuuat differt.q; ille ad finem proprium operatur:hic autem propter illum quē adiuuat operatur.ut exercitus adiuuans regem in urbis expugnatione: Argumentatio autem a ſola cauſa efficiente perficiente ducitur affirmatiue & negatiue:ut domificator eſt bonus. Igitur domus bona:& doctor eſt eruditus.igitur & ſcholaris eruditus,& domificator non eſt bonus.ergo nec domus bona.

¶ Affirmatiue datur Reg.

Si cauſa efficiens eſt bona ipſum quod fit eſt bonum.§.ſi quis in aliena:inſtitu. de Rerum diui.l.Inter artifices.ff.de Solut.

¶Negatiue autem datur Reg.

Si cauſa efficiens eſt mala & effectus malus. Dubitant multi de ueritate argumentationis huius cum efficiens cauſa multotiens mala reperiatur.& effectus bonus.Ioachim certe ab eccleſia malus hereticuſq́ iudicatur:eius uero opera bona:ut in.c.damnamus de ſum.tri.& fi.catho.Idem in Orige.c.ſancta.§.itē.Origenis.xy.diſt.ubi etiam Ruffi.iudicatur religioſus doctor & tamē multa eius reprobantur.Item Hieronymus inter doctores fulgor ab eccleſia nuncupatur: & tamen in Decretis quandoq́ reprobatur.¶Notādum ergo eſt plura requiri ut recte argumētationis locus procedat.Opportet primo ut artifex melius quo poteſt operetur.item'ut inſtrumenta nullo defectu uel malitia laborent: Ex malis enim coloribus non pingeretur excellens imago.Item ut omne impedimētum remoueatur quod non fuit in doctoribus catholicis:qui nonnulla perperam dixere.obfuſcatio enim intellectus impediebat operis bonitatem.& in malis ſicubi bona dixerunt effecit ſpiritus ſanctus qui tunc eos male loqui impediebat.ut euenit in Caypha hebreorum pōtifice.¶Neceſſarium eſt adhuc ut bonitas uel malitia antecedentis accipiatur pro bonitate uel malitia conſequentis.quocirca non ſequitur iſte domificator eſt bonus pictor ergo domus bona. Non deſunt præterea qui locum hunc legalius pertractando:efficientem hanc cām dupliciter cōſiderari uelint:ante factum uidelicet & poſt factū. ¶Si ante ſit talis Reg.

Ceſſante cauſa efficiente ceſſat effectus:exemplum Conſenſus facit matrimonium.l.nuptias.ff.de reg.iur.illo igitur deficiente a principio non erit matrimonium.c.cum apud c.cū locū de ſponſ.At ſi poſt factū conſideretur efficiēs cauſa ſecus:ut in.l.a patre furioſo.ff.de his q̄ ſunt ſui uel ali.iur.c.quefiuit de diuortiis.

Ab effectu ſimiliter ſeruatis quæ ſuperius requiri diximus ualet argumentatio affirmatiue & negatiue.Reg.

Cuius effectus eſt bonus uel malus & ipſa cauſa efficiens eſt bona uel mala.ꝓbatur q̄ dicimus Qualitas effectus demonſtrat qualitatem cauſæ.c.qualitas de penit.diſt.y.l.cuius effectus.ff.de reg.iur.l.offidius.§.i.in fi.ff.de leg.iii.Item illud abſurdum ad quod ſequitur abſurdum.l.ex diuerſo.§.ubi autem.ff.de re.uendi.l.nemo.§.igitur.C.de ſum.tri.& fi.catho.l.in agris.ff.de acqui.re.domi.

¶At ſiquis contra hoc diceret contractus qui pariunt actionem ſunt de iure gētium inſti.de iur.na.gen.& ciui.tamen actio eſt de iure ciuili ut dixit Bal. in.l.i C.de fur.Item contractus eſt facti.l.conſilio.ff.de cura. furi.& tamen obligatio ex eis naſcens eſt iuris inſtit.de obliga.ibi obligatio eſt iuris uinculū &c.Reſpondemus regulā procedere non in qualitate originis ſed bonitatis tantum. poteſt & in hoc dari alia Reg.Effectus poſt cauſam unde neceſſario trahitur ſuperueniēs iudicatur fuiſſe tpe cauſę.probat.l.damni.§.ſabini.ff.de dam.inſe.l.huic ſcriptu rę.§.i.l.ita uulneratus.§.i.ff.ad leg.aquil.a primordio enim tit. poſterior cauſæ euentus.Bar.per illum tex.in.l.i.C.de imp o lucr.deſcrip.lib.x. & hoc quando

cauſa perficiens eſt in principio. Secus ſi alio tempore. ¶ Quoniam quando res ſummit ſibi principium ſine effectu cum dependentia ad aliud perficiens: ad ualidum effectum deducta iudicatur ſcdm tempus quo habuit illud propter quod ualuit, non ante. l. legatum. l. uxor. C. de condi. inſer. l. in concedendo. ff. de aqua plu. arc. Rot. doc. 465. in no.

¶ De loco a cauſa finali.

¶ Viſum eſt in præcedentibus queadmodum a tribus cauſis recta poſſit argumentatio fieri. at quoniam omnia quæ fiunt ad finem referri opportet ut inquit Seneca: & finis potius hiis quæ ſunt ad finem eligendus eſt: ut uoluit Ariſt. in. iii. topi. probat in. c. uanitas de penit. di. i. &. ii. quomodo ad ipſam finalem cauſam argumentantis dirigatur intentio opere precium eſt uideamus. ¶ Dicitur ergo Finis id cuius gratia aliquid fit. Ariſt. in. vi. Topi. Et finis eſt primus in intentione ultimus in executione. Ant. de But. in probe ſalut. in ante pe. col. ¶ Is auté duplex eſt Eſſentialis & accidentalis: Eſſentialem uoco ad quem pricipaliter & ex ſui natura res ordinatur ut placet Ariſto. in. vi. topi. Accidentalem uero ad quē res ab agente ordinatur: q̄d ad id ſui natura non cōſtituitur. Exemplum finis pricipalis iuris ciuilis eſt rem pub. gubernare. ſi tamen ab aliquo pecuniarum gratia (ut fere ſemper euenit) ediſceretur: id finem accidentalem uocaremus. Hic quidem finis ſi non ueram ſaltim apparentem ſemper in ſe bonitatis rationem continet. Teſte Dyoniſio. ¶ Verum cum multotiens in iure noſtro propter concurſum alterius cauſæ: quæ impulſiua dicitur: non facile ſit finalem ab ea diſcernere: quid utraq; & quomodo cognoſcatur: quæue in dubio præſumenda ſit declarabimus. Cauſam igitur finalem ut diffiniuit Anto. de But. in. c. poſt tranſlationem de renunc. & Bal. in. l. id quod Paup. C. de epiſ. & cler. uoco eā quæ principaliter mouit animū ſtatuentis: ita quod aliter ſtatutum non fuerat editurus: & hanc cum legis ratione eandem dicimus. Impulſiua uero eſt q̄ licet ſtatuenté impulerit: tamen alias ſtatutum ſeu legem erat facturus quod nil aliud uocabo: niſi ſecundariam quandā ſtatuentis intentionem. quemadmodum in. c. conſuluit de uſu. dicitur principaliter mutuantem pecuniā ut emolumentum conſequatur uſurarum crimine inuolui. quod ſi ſecundario (alias mutuaturus) aliquid ſperet huiuſmodi criminis notam effugere. ¶ Finalis hæc cauſa cōprehenditur ex legis prefatione. l. Regula uerſ. initium conſtitutionis. ff. de iur. & fac. igno. in ſi. ff. de heredi. inſti. l. ut liberis. C. de collat. unde Lanfran. in. c. quoniam contra falſam. in nota. egregie dixit: q; ſi in ſtatuto reperiretur caſus cui ſtatutalis exordii ratio non conueniret: ad eum ſtatuti auctoritas non extēderetur. ¶ Modernus quidam inſti. de teſta. militum. in. §. ſed hactenus uoluit eam demū cauſam eſſe finalem quando generaliter exprimitur generalis ratio impulſiuam cū ſpecialis aſſignatur. cui aſtipulor per. l. i. §. ſexum. ff. de poſtu. ibi (ut communiter habetur) ſtatuendi ratio quæ finalis cauſa appellatur fuit generalis: propter ſexus honeſtatem. Impulſiua uero fuit particularis ideſt propter Gale. Aphraniæ improbitatem quæ rectius occaſio q̄ cauſa diceretur. c. ſolite de maio. & obedi. ¶ Hæc

ſatis procederent in legibus & ſtatutis.ſed in diſpoſitionibus teſtamentorum,& aliis in quibus ſemper particularis eſt diſponendi ratio locum ſibi minime uendicarent.quapropter contentioſam illam maiorum noſtroruȝ diſputationem: an in dubio finalis uel impulſiua iudicetur aliud in tempus omittam.Siquidem nulla congruentior in hoc concluſio dari poteſt ea:quæ in utriuſq; diffinitionibus aſſignata eſt.particulariter autem legenti ſubiecta materia demonſtrabit. Adde tamen q̃ omnis cauſa in dubio eſt impulſiua.l. Titio in princ.ff.de cond.& demon.l.ſed & ſi mors.in fi.ff.de dona.inter ui.& uxo.l.ii.§.iii.in fi.ff.de dona.nota.in.l.ſi mulier.ff.de iur.do.& hoc in diſpoſitione hominis.glo.in.d.l.ii. facit.l.cum te.ff.de pac.inter emp.& uen.in legibus autem & ſtatutis præſumitur finalis.glo.in.l.cum tale.§.legato.ff.de Condit.& demon.ubi Bald.Quod non eſt uerum quando conſtitutio largius loqueretur q̃ cauſa.Io.an.& Domi. in.c.penul.de immu.eccle.in.vi. Philip.in.c.cum ceſſante.de appel. ¶ Locus a cauſa finali eſt habitudo ipſius cauſæ fi.ad ſuum effectum. ¶ Affirmatiue & negatiue argumentamur. ¶ Affirmatiue: Iuſtitia eſt bona. Ius autem ciuile eſt ad finem iuſtitiæ. Ius igitur ciuile eſt bonum. ¶ Reg.

Cuius finis eſt bonus,ipſum quoq; bonum. Ariſto.in Topi.probat.l.non intelligitur.§.quando autem ff.de iure fiſci.l.ſiquis.ff.de re mili.l.receptum.ff.cõmunia prædi.l.ſi non ſit.§.perueniamus.ff.de au.& argen.lega. ¶ At poſſet argutus quippiam concluſionis huius falſitatẽ talibus arguere.Declaratio ſanctarum literarum eſt bona.doctrina Origenis Cypriani & quamplurium ad harum finem declarandarum fuit:& tñ eſt mala.concluſio igitur falſa inuti'iſq; eſt. ¶ Reſpondemus operepreciũ eſſe ut quæ in concluſione intelliguntur ita ſint ad finem ordinata:q; ſine illis ad finem perueniri nõ poſſit.horum autem dogma peruerſum non erat huiuſmodi.igitur non obſtat.

¶ Propterea a noſtris iuridice profertur alia concluſio quæ eſt.

Conceſſo fine conceduntur omnia quæ ſunt ad finem neceſſaria.c.prudentiam.§.ſexta.c.præterea de off.deleg.rationẽ dicimus:q; ſublato medio fine quo ad extremum perueniri nõ poteſt & ipſum medium ſublatum intelligitur.l.ſancimus.§.ultimo.C.de inoffi.teſt.ſublata enim querela per quã deuenitur ad hereditatis petitionem:& ipſa hereditatis petitio ſublata dicitur.Item ſublato offerendi iure per quod ad pignoratitiam patet aditus:& ipſa ſublata eſt pignoratitia.l.cum notiſſimi.C.de præſcriptione.xxx.uel.xl.anno.facit.l.cum in honorariis.§.ſed cum reciſa.ff.de acti.& oblig.

¶ Negatiue autem (ut ad principalem regulã redeamus.) ita fiet argumẽtatio: Pœna nõ eſt bona.finalis autẽ peccati cauſa eſt pœna.peccatũ igiť nõ eſt bonũ. ¶ Reg. Cuius finis eſt malus,ipſum quoq; malum eſt, quod declarandum eſt ut in contraria diximus. ¶ Alia ſe nobis (propterea quæ ſuperius de impulſiua & finali dicta ſunt) offert concluſio quæ eſt.

Ceſſante cauſa finali ceſſat eius effectus.c.& ſi criſtus de iure iur.c.cuȝ ceſſante de appel.l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patro.quod in impulſiua minime pro

cedit.l.ſ.§.ſexu.ff.de poſtula.de quo late per Iaſo.in l.i.in.xiiii.col.de offi.e.cui. m.c.iur. ¶Præcedens concluſio equiuoca eſt.& poteſt intelligi de caſu in quo ceſſat legis ratio:ꝙ tunc ad illum non extendatur lex & in hoc indubitanter uera eſt.cum ſecundum rationem limitetur quodcunq; legis dictum. l.illud.ff.ad leg.aqui.Item poteſt intelligi an ceſſante cauſa ceſſet lex in eo quod principaliter diſponitur:& apud eruditos dubia ualde conſpicitur.aliter enim in hominis.aliter in legis tum publicarum priuata diſpoſitione.In diſpoſitionibus hominum ſi effectus nō ſit adhuc ſecutus ceſſante cauſa ceſſat effectus:ꝙ ſi ſecutus fuerit contrarium eueniet.ut in.l.fina.ff.unde lib.Bar.in.l.Titio.ff.de leg.ii.

¶Quod ſi in particularibus legibus ut in priuilegiis,diſpenſationibus hæc aduertenda ſunt.ſi nondum ius eſt imperfecto eſſe:cauſa ceſſante ceſſat diſpoſitio. Si uero iam ſit iuris eſſe perfectum ceſſante cauſa non ceſſat priuilegium ſed reuocari debet:ut in.c.ſuggeſtum de deci.

¶At ſi de iure communi agatur:ſi iuris obſeruantia ſit perpetua nunquam ceſſare poteſt:ut continentia in clericis.c.ſacerdotibus.xxxi.diſt.in.c.quia ea.iii.q.i. Si uero temporalis extiterit ſiquidem iure exprimitur ut ceſſet ceſſabit.c.ut cū cōſtitueretur.l.di.c.cum m.de conſti.ſin minus non ceſſabit.c.dixit dn̄s.xxxii.q.i.

¶Præcedentium poteſt eſſe ratio.quoniam lex non tantum a cauſa.i.ratione propter quam ſit robur aſſummit ſed a condentis auctoritate:quæ licet ratio deſiuerit.tamen remanet firma.Propterea dicimus ꝙ ſi duæ rationes ad aliquid concurrant quarum utralibet ad effectum cauſandum idonea reperitur ceſſante una non ceſſat effectus.§.affinitatis inſtit.de nupt.quod erit uerum ſi utraq; per ſe ſufficiet ad effectum cauſandū ſecus ſi ambe requirerentur.quoniam ceſſante una ceſſaret effectus ſicut ſi ambe ceſſarēt.c.quoniam.§.porro.iun.ct.§.ſin autem ut lit.non cont.Philip.in.c.cum ceſſante in princ.de appel.

¶Vnum tamen ſcias uolo ꝙ ſi cauſam accipias pro perſona ſiue loco propter quem tantum ſit diſpoſitio ceſſante cauſa ceſſabit effectus.c.priuilegium de reg.iur.in.vi.cum ſimilibus.

¶Ab effectu huius cauſæ argumentatio tam negatiua quam affirmatiua ſummitur reſpectu prædicati.ut ius ciuile eſt bonum.ergo iuſtitia eſt bona.& peccatum non eſt bonum.ergo nec pœna eſt bona.

¶Regula communis.

Cuius effectus eſt bonus uel malus & ipſa cauſa bona uel ma'-.l.cuius effectus ff.de reg.iur.l.Offidius.§.i.in fi.ff.de leg.iii.¶De cauſis hactenus iuridice ſatis diſputatum cēſeo unum illud ſupereſt ut cum quatuor ad rei productionem cauſas concurrere dixerimus:a qua magis producta res denominationem ſummat uideamus.Breuiter ex doctorum noſtrorum ſententia reſpondemus:ꝙ a forma rei eſſe denominandum eſt:ab efficiente enim & finali clarū eſt nō debere:cum hæc non in eſſendo ſed in fiendo ad rem concurrant ut ſuperius monſtratum eſt a materiali itidem:cum ea a formali eſſe ſibi uēdicet:ut eſt tex.in.l.cum quis in.§.adeo.ff.de acqui.re.domi.hoc & alia probari ratione manifeſtum eſt.Nul-

lum ſeparabile ab aliquo poteſt illi eſſe dare.c.inter corporalia de tranſla.præl. l.neq; natales.C.de proba.at materia ab effectu eſt ſeparabilis:ut probatur in.l. ſi conuenerit l.a.ii.ff.de pign.act.igitur materia non dat eſſe rei.& per conſequēs ab ea minus eſt denominanda.ꝑterea ut in.d.l.ſi conuenerit probatur: materia eſt cauſa remota effectus forma uero propinqua & immediata:a qua magis denominatur effectus:ut in.l.Carbonum.§.ad faces.ff.de uerbo.ſig.Huic loco annecti poteſt locus ille quē noſtri ab effectu habito uocant:& talis erit. ℭReg.

Quādo habemus effectū rei non curamus de modo.l.ſi mater.C.de Inſtit.& ſubſti.quod procedit quando habetur reſpectus ad rem nō ad modum alias curatur modus magis q̄ res.l.ſi heredi.§.fi.l.meuius.ff.de Condi.& demon.nota. in reg.Cum quid.de regu.iur.in.vi.

ℭVos tamen unum non lateat q; propinquam hic uoco cauſam non iuxta ordinē:ſed ut magis in effectum imprimit.propterea non obſtabit tex.in.l.ex placito.C.de re.per mut.

ℭDe loco ab impoſſibili.

ℭQuoniam ſuperius abunde tractatum eſt de cauſis: opportune hic annecti poterit locus ab impoſſibili:quo utimur ad infringendas qualitates diſpoſitionum:ſubiecto in rerum natura non exiſtente:& cauſa quodammodo ceſſante. Ex hoc enim diluuntur obligationes, teſtamenta, ſtipulationes & huiuſmodi de impoſſibilibus uel non exiſtentibus:quæ utique impoſſibilia ſunt.facta.in quo Reg.talis eſt. Impoſſibilium uel non exiſtentium nulla eſt promiſſio, obligatio &c.c.nemo de reg.iur.in.vi.l.eius.ff.ſi cer.peta.l.neratius.ff.de reg.iur.l.ii.ff.de uſufruc.l.ſicut in.fi ff.qui.mo.uſufruc.amit.triplicē impoſſibilitatē poſuit glo.in d.c.nemo.uide gl.in.§.īpoſſibilis.inſti.de here.inſti. Bar.in.l.i ff.de condi.inſti.

ℭDe loco a generatione.

ℭLocum a generatione Rhetoribus conſonū uobis quoq; familiarem ſilentio nō ꝑterierunt prudentes noſtri.quapropter nec hic a nobis indictus abibit.Gerationem cū philoſophis progreſſionē ab eſſe ad nō eſſe cōcludimus. ℭLocus autē a generatione eſt habitudo ipſius generationis ad ſuū generatū. ℭ Cōſtruendo ac deſtruendo argumētamur:habita boni ac mali ratione. ℭ Exemplum generatio domus eſt bona.igitur domus bona.item generatio latronū eſt mala.igitur latrones mali uel generare ſpurios eſt malū.igitur ſpurii mali. ℭReg.

Cuius generatio eſt bona, ipſum quoq; bonum Ariſtote.in.ii.Topico.item.

Cuius generatio eſt mala, ipſum quoq; malum.c.Cenomanenſem.lvi.diſtin. ubi adulterorum filii abhominatio ſunt dño.Contrariū attamen uidentur aſſerere iura in.c.Oſius.c.undecunq;.c.nunq̄.ea.diſt.ubi probatur ſacerdotū filios (quorum generatio turpis ac mala eſt ut infinita in canonibus iura proteſtantur)bonos extitiſſe.dicemus igitur locum hunc preſumptiue tantū concludere:ꝓſumūtur eñi adulterorū filii paterna incōtinentia laborare.c.literas de fil.ꝑſbyte.ꝓſumptionem demū remouet contraria illorū operatio.A generato idē ſumitur ad generationē argumentatio cōſtructiue & deſtructiue.quo argumen

tat onis

tationis genere uſa eſt Dido Virgiliana dicens. Nec tibi diua parẽs generis nec Dardanus auctor Perfide: ſed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus, hircã næq; admorunt ubera Tigres. Poſſumus & nos legitimo iure nobis uendicare Reg. quæ apud ueſtros frequens eſt ꝙ

Generatio unius eſt corruptio alterius. nam ſi uno contractu uolumus producere alium ſtatim primus deperit. l. i. l. omnes. & quaſi per totũ. ff. &. C. de nouat. & inſtit. de emp. & uen. §. ſed cum diuerſe: &. §. adeo. de locat. Sed non tamẽ conuertitur. corrumpitur iſte contractus uel irritatur iſte actus: ergo inducitur alius. quia hæc non habent materias & formas neceſſarias ſicut natura. niſi diceres diſtractus dare alias formas actionibus noſtris uel hanc magis priuationem.

¶ De loco a corruptione.

¶ Q uemadmodum per generationem res a non eſſe ad eſſe ꝓducuntur: ita per corruptionem ab eſſe in non eſſe progrediuntur. de hoc igitur loco poſt ꝓcedentem ſatis congrue tractabitur. ¶ Deſtruit & conſtruit huiuſmodi locus ſicut & ꝓcedens. exemplum perditio hereticorum eſt bona. igitur heretici mali. Itẽ perditio uirginitatis eſt mala. igitur uirginitas bona. ¶ Regu.

Cuius corruptio bona eſt, ipſum corruptum malum. c. non eſt crudelis. c. homicidas. c. excõmunicatorum. xxiii. q. v. Inſti. de lege ſuf. cau. toll. poſuit glo. in. l. ius pluribus. ff. de iuſti. & iure.

Cuius corruptio mala, ipſum corruptum bonum ar. in c. uirgines. xxyii. q. i. c. ſi Paulus. xxxii. q. v. com. §. neq; autem. Aut. de Epiſ. & cler.

Ab effectu autem dicimus Si corruptum malum corruptio bona: probatur per totum. xxiii. q. v. Et ſi corruptum bonum corruptio mala. ¶ Contra locum hunc ita inſtabitur. Ius naturale eſt ſemper bonuñ. d. l. ius pluribus. ſeruitus eſt iuris naturalis corruptio quoniã naturalem libertatẽ adimit. ut inſti. de iure perſon. & tamen hæc quoq; bona eſt: quoniã a iure non admitteretur, ar. l. i. ff. de iuſti. & iure: igitur locus falſus. ¶ Reſpondemus locum noſtrum procedere ubi fit omnimoda rei corruptio at hic non corrũpitur naturale ius quod incorruptibile eſt ſed minuitur. §. ſed naturalia inſti. de iure nat. gen. & ci. At hoc nihil corrũpitur ipſa ſaltim libertas: quæ ex ſe bona eſt. l. libertas ff. de reg. iur. concludendũ igitur dicimus locum non tenere cum ex ſuperueniente cauſa admittitur corruptio. uiſa eſt enim ſeruitus bona illis qui ab hoſtibus capiebantur. quoniã per eam ſeruati: mortem euadebant. l. libertas. ff. de ſtat. hom. At inſtabis mors chriſti fuit bona. quia nos redemit. igitur uita chriſti mala, hoc impiũ eſt: uel uita chriſti bona. igitur mors mala: uel obligatio eſt de iure gentium uel ciuili. ergo liberatio ex eodem iure. contra. l. ſi unus. ff. de pact. Sed priuationes ſunt & diuerſi reſpectus faciunt arg. uacillare.

¶ De loco ab uſibus.

¶ Vſum uoco exercitium rei. Locus ab uſu eſt habitudo ipſius exercitii ad id cuius eſt exercitium. conſtructiue argumentamur hoc modo. Emere & uẽdere eſt bonum, igitur ipſa emptio ac uenditio bona. ¶ Reg.

Cuius uſus eſt bonus ipſum quoqꝫ bonum.l.i.ff.de contrah.empt.
¶Deſtructiue autem ſic. Adulterari eſt malum:igitur adulterium malum: uel Fœnerari eſt malum ergo uſura mala. ¶Reg.

Cuius exercitum malum,ipſum quoqꝫ malū.ar.in.c.ſi fœneraueris.c. pleriqꝫ xliii.q.iii.c.Clerici.c.ſi quis.c.quid dicam.q.iiii. ¶Plura tamen in legibus noſtris ad concluſionis huius extenuationem concurrere uidentur:uidemus namqꝫ ꝙ uti rebus deo dicatis eſt malum ut in.c.ſemel de regu iu.in.vi.& tamen fatuum eſſet rem ſacram malam dicere.ꝓterea uti gladio eſt malum.c. clerici de uit.& hon.cler.nec tamen ipſe eſt gladius malus.c.nouit de iudiciis.¶Item comedere carnes in quadrageſima eſt malum.c.deniqꝫ.iiii.diſt.nec tamen ipſa caro mala.celebrare diuina tempore interdicti eſt malum:non tamen diuinorum celebratio mala.

¶Reſpondemus inter uſum & abuſum ualde diſtare.Horum enim quæ naturaliter boni ſunt nunquam uſus erit malus.niſi tempore,loco,caſu,uel perſona ꝓhibitis tuncqꝫ non uſus ſed abuſus appellabitur.

¶A communiter accidentibus.

¶Cōmuniter accidentium qđam licet non ſemp tñ ut plurimum ſe cōſequuntur:ut fœmina ē:ergo auara.& ab hiis non ſumiť argumentatio firma.iuriſcōſulti tñ & cæteri legū conditores interꝓtes quoqꝫ nřī:oēm eoꝝ diligentiam curāqꝫ adhibent:ut iura & in ſtatuendo & in interpretando adaptentur ad ea q frequentius non aūt ꝗ raro accidunt.c.qm̄ frequenter. Vt li.non conteſt.l.nā ad ea.ff.de legibus.l.certi conditio.ff.ſi cer.pet.l.ut ait alphenus.ff.de uer.ſig.ꝓpterea gloſſator in.l.cum de indebito.§.i.ff.de probat.dixit p̄ſumptionem capi ex eo qđ plerunqꝫ accidit. ¶Reperimus tñ & de hiis ꝗ rarius accidere ſolent iura conſideraſſe.§.inſula inſti.de rerū diui.quapropter hoc legis peritis tantū tunc interpretādo ſeruit.quia ſi lex uno mō interpretata poſſit adaptari ad ea quæ frequentius & alio ad ea quæ rarius eueniūt:illū ſequemur.ꝑ quem ad ea quæ frequentius accidunt adaptantur. ¶Ex cōiter accidentibus alia ſunt quorum unū ſemper aliud ſequitur ut pœnitētia ad delictum.& ab hiis affirmando & negando argumētamur.ut iſtum pœnitet ergo deliquit.Iſte non deliquit ergo non pœnitet.¶Regula affirmatiua.Si cōiter accidentium poſterius ineſt & primū infuit: probari pōt pre.c.ad diſſoluendū de deſponſ.impubu.l.manumiſſiones.ff.de iuſti.& iure.
¶Reg.negatiua.Si cōiter accidentium prius non infuit & poſterius non inerit. probatur in.l.eum qui a furioſo.cum glo.in prin.ff.de publi.facerent ad hoc quę in loco a Relatiue oppoſitis dicentur.

¶De loco a principio.

¶Sententia fuit imperatoris nři in autēt.de priuil.dot.heret.mul.non ꝓſtā.col yiii.principio,fine,ac medio,ſubſiſtere cuncta quæ creata reperiuntur. Principium tamen potiſſimā rei cuiuſqꝫ partem dixit Gaius in.l.i.ff.de orig.iu.propterea Chriſtum rebus cunctis principium dicimus.c.cum Paulus.i.q.i.cum uix bono pagantur exitu: quæ malo ſunt inchoata principio.c.principatus.ea.q.i.Hon

conſideratione factus eſt locus apud noſtros qui a uirtute principii cognominatur. Et eſt ea habitudo quã habet principium ad rem cuius eſt principium.

¶ Eſt autem duplex principium rei uidelicet & tẽporis. primum adhuc duplex aut ſignificat qđ in ordine primo fit ut fundamentum in domo. & interrogatio in ſtipulatione. aut qđ principaliter intenditur. ut heredis inſtitutio in teſtamento. Si ſumus in principio ordinis, aut pro forma requiritur: aut non. ſi requirit. deſtructiue argumentando facimus hanc Regulam.

Vitiato uel remoto principio uitiatur & id cuius eſt principiũ. exẽplũ pro forma ſtipulationis reqritur ut primo ponatur interrogatio. ſi ea uitietur uel defectum patiatur tota corruit. l. i. ff. de uerborum obligationi. ſin uero formam nõ ſapit ordo argumentum non procedit: ut clarius in loco ab ordine diſcutiemus.

¶ Si pro eo ꝙ principaliter intenditur deſtructiue adhuc tenet argumẽtatio. ut in Regula pcedenti. exemplum non ualet heredis inſtitutio. ergo nec teſtamentum. §. ante heredis inſtit. de legat. l. ſi. ff. de iure Codi.

Quod ſi temporis principiũ conſideremus. i. illud tempus quo primum res perfecta eſt. conſtructiue & deſtructiue tenet argu. cõſtructiue ſi a principio quãdo factum eſt teſtamentũ ualuit. ergo & nunc licet furor ſuperuenerit. ¶ Reg.

Quod legitime factum eſt a principio non tractatur per impedimentum ſuperueniens. c. neꝗ furioſus. xxxii. q. vii. c. pen. de eo qui cog. cõſanguineam uxoris ſuæ. l. ſi ſeruum quis. §. ultimo. ff. de acqui. heredi. Intelligimus quãdo actus iuris eſt perfectus ut ſupra oſtendi. alias enim ſuperueniente caſu cõtrario a quo principium ſumere non potuiſſet impediretur. l. quia in eum. ff. Ad leg. acquil. l. ſi ſub una. §. ſi quis uiam. ff. de uerbo. obli. l. ii. ff. de Cuſto. reorum.

¶ Contrarium ideo uocaui ſuperuenientem caſum quoniam licet ſuperueniret tempus a quo non potuiſſet initium ſummi: ſi tamen ad effectum eundem tenderent actus remaneret. §. a contrario. Inſtit. de lega. l. uerbis. in fi. ff. Ad leg. fal.

¶ Rurſus ut omnis in hoc heſitatio remoueatur. concludimus cum Barto. in. l. ii. §. ſi placet. ff. de uerbo. oblig. actum etiam perfectum reſcindi poſſe: ſi impedimentum ad huius reſciſſionem principaliter ordinetur. ut querela inofficioſi: quod ſi non ad actus reſciſſionem ſubordinatum principaliter impedimentum ueniat: aut eſt talis actus qui partibus etiam uolentibus non uitiaretur: impedimentum ſuperueniens non uitiat. l. Sciendum. § ſi. ff. qui ſatiſda. cog. d. c. neꝗ. furioſus: aut uitiaret etiam partibus nolentibus & uitiat. l. Vranius uerſi. cum duo. ff. de fideiuſſo.

¶ Deſtructiue autem ſic argumentamur. ſi teſtamentum impuberis non tenuit: eo quo primum tempore factum eſt. ergo nec nunc quando pubes factus eſt.

¶ Regula.

Quod ab initio non ualuit tractu temporis non conualeſcit. c. non firmatur de regu. iu. in. vi. c. i. de deſponſ. impub. c. ſi eo tẽpore de Reſcrip. eodẽ. li. l. filius. l. eius. ff. de teſtamen. l. ſicut. C. de falſ. Regulam hanc multiplici canonum ac legum auctoritate ſuffultam infringere uidentur multa quæ per glo. & doctores

in.c.dudum de elect.& in.d.c.non firmatur.cumulatiſſime referuntur: eſt eni materia brocardica ipſe tamen ſummatim breuiterq́ concludam quid tenendũ ſit.¶In hiis igitur quæ ab initio temporis propter impedientem cauſam utribus non ſubſtitere:ita diſtinguendum puto.aut remanet cauſa impediens & regula noſtra indubitanter procedit.aut ceſſat quidem cauſa impediens; & nil cõfirmans aduenit itidem procedit.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de uerb.oblig. &.d.l.eius.l.filius.ff.de teſtamen.l.ſeruus.C.de lega.aut ceſſauit impediens cauſa: ſuperuenitq́ aliquid expreſſę uel tacitę confirmans:& regula penitus noſtra deficit.ut in.c.Cura de iure pat.l.per fundum.ff.de ſeruit.Vrba.predio.l.receptũ.ff.Cõmunia p̃diorum.l.& ſi contra mandata.C.de nup.l.ſi quis in ſenatorio.ff.de Ritu nup.& intelligo actum quod erat nullum fieri ualidum ex nunc.non ex tunc ſcdm Fili.in.c.cum Bertoldus.de re iudi.Et aduerte quia in hiis in quibus ſpecifice conſideratur initium ut in beneficialibus tractu temporis non conualeſcit.c.auditis.de elec.Quod generaliter obtinet quando aliquid eſt nullum ipſo iure etiam fauore partis quia per eius taciturnitatem non recõualeſcit actus.gl.& Domi.in.c.i.in prin.de Reſc.in.vi.gl.in.c.diſpendia.in uer.proceſſus.in.c.ſtatutum.in uer.cõmittatur eo.tit.& li.gl.in cle.i.in.fi.eo.ti.& in.l.a diuo pio.ff.de Re iudi.Fallit quãdo humanitatis cauſa aliud ſtatueretur.l.filio p̃terito.ff.de iniuſt.rup.Irri.teſt.Ad hunc locum conuenit tota illa tela brocardica uidelicet.Initium ſpectandum.Inſti.qui non eſt per fac.teſt.§.ſi.l.cum eum.C.cõmo.Itẽ medium ſpectandũ.iuxta illud.Maior enim mediis gratia Rebus ineſt.Inſtit.de rerum diui.§.cũ ex aliis.Item finis ſpectandus.Aũt.de nup.§.quia uero hactenus col.iiii.Item quod ceptum eſt prodeſt:licet completum non ſit.l.mutus.C.de p̃cura.Item Quod ceptum eſt non prodeſt ſi non cõpleatur.l.furioſus.in ſi.C.qui teſta.fac.non poſſ.Item.Quod ab initio ualet ex poſt facto nõ itercidit.l.furor.ff.de ſponſ.immo intercidit.l.huic.l.uel quia.ff.ad leg.aquil.& pleraq́ alia quæ paſſim in locis brocardicis decantantur.Sed propoſiti noſtri fuit ſimplicẽ quandam uiam iunioribus oſtendere.

¶De loco a neceſſitate.

¶Neceſſitatem tripartitam eſſe & Theologis & Canoniſtis placuiſſe manifeſtũ eſt.Alia enim abſoluta eſt:ut Deum eſſe:& triangulum habere tres angulos:neceſſarium eſt.¶Alia uero quæ efficiente cauſa procedit coactiua nuncupatur.
¶Tertiam uocamus eam quã ad propoſitũ finem conſequendum indigemus hanc conditionalem noſtri uocant.De prima & ultima habemus tex.in.§.quãuis.xxiii.q.iiii.De ſecunda habemus.c.sacris:quod metus cauſa.
¶In prima ſemper conſtruendo & deſtruendo tenet argumẽtum.ut neceſſe eſt deũ eſſe.ergo deus eſt:neceſſe eſt hominẽ eſſe mortalẽ.igitur homo eſt mortalis.
¶Reg. Semp eſt qđ abſolute neceſſariũ eſt eſſe.c.nabucodonoſor.xxiii.q.iiii.
¶Secunda quæ coactiua dicetur adhuc duplex. Aliqua preciſa.Aliqua conditionalis.preciſa.ut ſi mulier a forti ac uiolento ipſa reſiſtere nequeunte ſtupretur.ab hac in iure noſtro excuſatoria fingitur argumentatio:Exemplũ hæc niu

lier præciſe fuit ad ſtuprum coacta.ergo nec peccauit:nec pœnã meruit.¶Reg/

Quæ ex neceſſitate uiolentiæ fiunt ad pœnam uel ad culpam imputari nõ debent.xxxii.q.v.in princ.ubi beata uirgo Lucia Paſcaſio dixit.Si in uitam me feceris uiolari:caſtitas ad coronam duplicabitur.c.de pudicitia.c.nõ poteſt ea.cau.&.q.¶Ratio autem hæc eſt:quoniam non is proprie dicit agere ſed pati.c.ſacris.Quod me.cau.¶At ſit conditionalis ſit hæc coactionis neceſſitas ut timor uitæ uel omnium bonorum.tunc aut fecit aliquid circa quod animæ præiudicium minime uerſatur:ut renunciare benefitio uel donare uendere &c. ſi ſit talis metus qui in uirum conſtantem uerſimiliter cecidiſſet: excuſatur & quod fecit retractatur.c.Abbas.c.cum dilectus & per totum titu.Quod me,cau.aliter non:ut ibi.Aut uero tali ductus uitæ uel bonorum metu contra animæ ſalutem operatus eſt principaliter & minime excuſatur.d.c.ſacris.ar.tex.in.c.maiores.§.propter de Baptiſmo.¶In tertia Neceſſitatis parte ſubſtinguendum cenſeo:aut iſta quæ propter finem conſequẽdum facimus:ad illũ principaliter ſubordinantur.& tunc ratione huius finis conſequẽdi omnia licent modo licitus ſit finis etiam ſi contra diuinum præceptum fieret:Exemplum ad finem uitæ cõſeruandæ facta eſt omnis alimonia:cum aliquis hac neceſſario ad uitæ conſeruationem indiguerit:poterit ut eam conſequatur furari:& feſtiuis diebus laborare. ¶Regula talis erit.

Quæ propter licitum finem conſeruandum fiunt legum diſpoſitioni non ſubiacent.c.quod non eſt de reg.iur.c.diſcipulos.de Conſecra.diſtin.v.c.licet de Feriis.c.ii.de deſpon.impub.l.ii.ff.ad leg.Rho.de iact.ita intellige.c.ſi uero de ſen.excõ.Quod ſi non illum finẽ conſeruandũ ſint aliqua ſubordinata:tũ tñ ut melius finem conſerues ad illa te cõuertis.ſi licitum eſt quod facis:recte facis:ut ſi quis artificium exerceat ad uictum comparandum.ſin uero illicitum eſt: & a iure reprobatum quod facis:neceſſitas conſeruandi finis non excuſat,non enim mulieri propter famis neceſſitatem adulterium committenti parcitur.l.palam ff.de ritu nup.l.iſti quidem.ff.Quod me.cau.c.nequis arbitretur.xxii.q.ii.c.ſuper eo de uſur.¶Ex hac diſtinctione ſedatur altercatio:quę naſcebatur inter põtificii iuris doctores in.d.c.ſacris.de cõtrarietate illius tex.&.c.diſcipulos:&aliorum iuriũ ex quorum parte uidebatur concedi ut ꝓpter uitã ſaluãdam diuinis inſtitutis cõtraire liceret:ex parte nõ.¶Ab huius ultimi fonte deriuat Regula.

Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.l.quæ quis ex officii ſui neceſſitate facit:non debent ſibi ad damnum aſcribi.l.ſi quis ex ſignatoribus.ff.Quemadmodum teſtamen.aperi.l.ſi ſeruus.§.quod uero.ff.de furtis.

¶Illud præterea non ignorandum ꝙ ſicut nec ex neceſſitate faciens punitur:ita nec præmio uenit afficiendos:cum uoluntas utrobiq; ſpectetur.l.Vnum ex familia.§.ſi de falcidia.ff.de leg.ii.l.rem legatam in fi.ff.de Adi.leg.

¶Aliud item ſub notatione dignuȝ eſt.quod Ea quæ propter neceſſitatem a iure conceduntur in exemplum trahi non debent.c.in argumentum de regu.iur.in vi.ſi tamen ſit omnimoda in aliis ratio uoluit Dy.exceſſionẽ fieri poſſe per.l.i.§.

hoc interdictum.ff.De fonte.niſi ſpecialiter hoc lex prohiberet ut in.l.ſi.C.de patri.Qui fil.diſtr.gloſatores iuris in hoc diſcordes extitere.materia autem brocardica (ut eorum uerbis utar) eſt.nec multum in loci cognitione prodeſt.in aliud igitur tempus diſcutiendam relinquo.

¶De loco a ueriſimili.

¶Et ſi locus iſte ſub loco ab interpretatione ſituari potuiſſet:tamen propter ſummam eius in ſtatutis contractibus cæteriſq; diſpoſitionibus interpretandis utilitatem:ſpeciali uiſus eſt conuocatione dignus. præfertur enim quibuſcunq; aliis coniecturis teſte Dyno.in.c.inſpicimus de Reg.iu.in.vi.cum in dubio tantum procedat.l.continuus.ff.de uerb.oblig.

¶Eſt enim iſte locus habitudo ipſius ueriſimilitudinis ad eam rem quæ dubia uidetur.exemplum locaui domum:pacto conuenimus ut eam tibi infra decem annos non auferam.ex quo canonem biennio non ſoluiſti auferre uolo:quæritur an poſſim.utar huiuſmodi ratiocinatione.non eſt ueriſimile quod intellexerim locationem duraturam ſi non ſolueres.te igitur non ſoluēte erit extincta.

¶Regula.

In dubiis quod ueriſimile eſt tenemus.l.quæro.§.interlocutorem.ff.Locati.c.inſpicimus de Reg.iu.in.vi.

¶Aſſummitur autem ueriſimilitudo hæc uel ex comparatione rei ad preciū ut ſi uendo tibi equum decem libris:non expreſſa qualitate monetę.Item fit cōparatione rerum inuicem.l.i.ff.de Rebus dubiis.Multotiens ex ſcripturarum uicinitate.l.ſi ſeruus plurium in fi.ff.de leg.primo.l.heredes palam.§.ſed & ſi nota.ff.de Teſtamen.Quandoq; ex perſonarum dignitate:ut ſi templo dei legetur ſignum:de argento non de Aeneo intelligitur propter legatarii dignitatem:qui eſt deus.tex.cum glo.in.l.Titia in fi.ff.de Aur.& argen.leg.&.l.cum alimenta.ff.de Alimen.leg.quandoq; ex charitate.d.l.cum alimenta.Item ex conſueto teſtantis loquendi modo.d.l.ſi ſeruus plurium.

¶Hæc ſunt quæ nobis ex ipſo negotio argumenta deduci poſſe uidentur: quæ an cum dialecticis inſtitutis commune quicquam habeant conſiderare.ipſe autem remis paulliſper inhibendum duxi.ut Ferrabric.contradicendi pateat aditus.Ferr.mihi? Soc.Tibi quem ſophiſtico garriendi munere natura præſigniuit.Ferra.Falleris Socine.poſtq̄ de errore noſtro certior factus ſum ſilebo:& inter alios legum oblatratores poſt hæc defenſor acerrimus fiam.Pau.ipſe quoq;.Soci.gratias uobis uerum (ut opinor) reliqui.Pau.Exurge iam:& uentis cōmitte ratem:ut itineris reliquum tota poſſis luce peragere.Soc.Recte ſapis.

¶Petri Andreæ Gam. Topicorum. Liber ſecundus.

VVLTIS ne: quoniam nos incipit umbra deſerere: & phæbei quidam radioli non denſa lauri folia perforantes intempeſtiuo locum hunc ſplendore colluſtrant: & nobis aliud dicendi initium ſummendum eſt: locum mutemus? & ſub denſa hac platano quæ dextrum fontis cornu reſpicit conſideramus. Pau. Sane quidem. Ferra. nec mihi gratius quicquam moliri poteras: hæc & mihi ſedebat opinio. ſed ordinem ueritus ſermonis interturbare tacui. Pau. Incipe quandoquidem molli conſedimus herba. Perpetuamq; loco platanus iam ſuggerit umbram. Soc. facturus uerba de locis quæ aliunde tracta. in negotio ipſo naſci uidentur: operepreciumerit illa aut a coniugatis aut a connexis a principali a ſubrogato ab ordine a conſequenti a Rubro a Diuiſione deducamus.

¶De loco a Coniugatis.

¶Coniugata ſcdm Tullium dicuntur: quæ ſunt ex uerbis eiuſdem generis. eiuſdem autem generis dicuntur uerba quæ orta ab uno uarie cõmutantur. ut ſapiens, ſapienter, ſapientia. iuſtum iuſte iuſtitia. uel clarius ſecundum Boet. coniugata ſunt quæ ab eodem nomine flectuntur. Eſt autem locus a coniugatis habitudo unius cõiugatorum ad reliquum. exemplum iuſtitia eſt bona. ergo iuſtũ eſt bonum. Item auaritia eſt mala. ergo auarus malus. Vel ſtipulari eſt facere. ergo ſtipulatio eſt factum. Q uicquid conuenit uni coniugatorum conuenit reliquo: & ſi unum coniugatorum ineſt inerit & reliquum. Ariſto. in. ii. Topi. Boet. eo. probatur in. l. dãnato. C. de Heret. & Manich. poteſt adduci. l. i. ff. de iuſti. & iure.

¶De loco a Connexis.

Connexa in propoſito uocamus ea quæ ita ſunt annexa ut unum ſine altero rationabiliter ſtare non poſſe uideatur. locus a Connexis eſt habitudo unius connexorum ad reliquum. exemplum. Si per Chriſtum facta eſt tranſlatio ſacerdotii in petrum ergo & legis. cum lex & ſacerdotium ſint una ſponſionis ratione cõnexa. ¶Regula.

In connexis idem eſt Iudicium. uel Q uod de uno cõnexorum ſtatuitur de Reliquo ſtatutum intelligitur. c. Tranſlato de conſtit. c. deniq;. iiii. diſt. l. cum actum. ff. de Negot. geſt. at quoniam multum inter hunc locum: & illum quem a principali ad acceſſorium uocamus: conuenire uidetur. de illo ſtatim uerba faciam, utriuſq; autem differentias in ſequentis calce referemus.

¶De loco a principali ad acceſſorium.

Principale dicimus cui accedit aliud. Acceſſorium quod principali accedit.

¶Locus a principali ad acceſſorium eſt habitudo ipſius principalis ad acceſſorium. conſtructiue & deſtructiue ſummitur reſpectu diſpoſitionis principalis. ut ſi legatus eſt annulus. ergo & gemma quæ accedit annulo. Item ſi non tenet legatum de tota domo ergo nec de ligno uel coquina. ¶Reg.

Acceſſorium ſequitur naturam principalis.c.acceſſorium.de Reg.iu.in.yi.l. & ſi non ſunt.§.perueniamus.ff.de Aur.& arg.leg.l.cum principalis.ff.de regu. iu.adde ꝙ acceſſorium dicitur quod alterius gratia habet ortũ licet ſit ꝑcioſius. Ancha.in reg.Acceſſorium in.ii.col.quem uide pro ornamento loci huius.

¶ Contrariam tamen Regulam uidetur formare tex. in.l.i.§.quæ depoſitis.ff. Depoſiti.ubi dixit.quæ depoſitis rebus accedunt depoſita non ſunt. Quocirca dicendum eſt:ut argumentatio concludat neceſſarium eſſe rem accedentem ita connecti principali:ut quodãmodo illius pars effici uideatur:nec ſine illius dete rioratione poſſit ammoueri.aliter enim & ſi quandoqꝫ ſummatur argumẽtum a legibus:nobis tamen neceſſario non concludet.funis q̃uis equo accedat:nõ tamen annectitur ſicut gemma annulo,& purpura ueſti intertexta. ¶ Contrariũ huius diſtinctionis probatur in.c.debitores de iure iur. ubi iuramento ualente contractus infirmatur.Item in Auten.liberi furioſi.C.de epiſ.& cle.ubi tenet legatum in firmato teſtamento.Reſpondemus rationem ſpecialitatis:quæ ibi facillime deprehenditur efficere:ut caſus illi ſeb regula non comprehendantur.

¶ Immo Rurſus uidetur poſſe dici ꝙ principale ſequatur naturam acceſſorii.c. quod in dubiis de Conſec.eccle.uel alt.Soluentes dicimus illam guttam olei ſancti:de qua meminit.c.quod in dubiis.non accedere cado olei.ſed ſibi potius illũ accedere propter ſacramenti dignitatẽ arg.Inſtit.de Rerum diui.§ ſi quis in aliena.uer.ridiculum eſt enim uel dicas ꝙ ratione connexionis principale trahitur ab acceſſorio de quo per habentem auctoritatem ſuper utroqꝫ diſponitur ut per Archi.& Domi.in.c.ſi clericus.de ꝓben.in.yi.dicentes canonicatum debe i illi cui ꝓbenda eſt collata q̃uis prębenda ſit propter canonicatum.Feder.Conſi.29. quia in pręſenti col.) l.moder.in Rub.de Iudi. ¶ At quum hæc ad rerum mixturam potius attineant.ad eam ſermonem pauliſper conuertemus in qua licet huiuſmodi cõcluſionem effingere Mixtum ex pluribus non a componentibus ſed ſpecificum a ſe nomen ſibi uendicat.l.carbonũ.§.ad faces.ff.de uerb. ſig.§.cũ ex aliena inſt.de Rerũ di.Quod ſi ad aliquam componentium ſpecierũ legis iudicio ſit reducendum:uel ab ea q̃ potentius ineſt iudicabitur.l.Itẽ q̃ritur.ff.de ſtat. homi.l.pediculis.§.margarite.ff.de Aur.& argen.leg.l.ſeruus legatus.§.ſeruus. ff.de leg.iii.uel pro eo quod dignius eſt.d.c.quod in dubiis.c.cum marthe.§.quæ ſiuiſti de celebr.miſſa. ¶ Vnum tamen conſiderandum eſt pro clariori præcedentium intellectu,quod iſtę res quæ partim digne partim minus digne mixtũ conſtituunt ſi eiuſdem naturæ ſint:adeo ꝙ indiſcernibiliter confundantur quod dignitate præualeat reliquum ad ſe trahit:at ſi diſcerni ualent:tunc quod accedit licet dignius in iuris diſpoſitione principalis naturam ſequitur.ut.d.c.Quod in dubiis.c.cum ſeculum.c.ex litteris de iure pat.§.ſi tamen iſti de Re. diui. d.l.ſi non ſint.§.perueniamus. ¶ Præterea ſi opponeretur ꝙ poteſtas ſubdelegati: reſtringit ad ſe principalis delegati poteſtatem.reſpondemus pontificem ita ſpecialiter caſum illum a cõmuni iuris regula excepiſſe:ut minor eſſet iuris leſio.

¶ Rurſus ſi acceſſorium principali naturaliter eſſet annexum:cui acceſſoriũ cõ-

ceditur

ceditur & principale conceſſum uidetur. ut fuit Compo. Inno. Anto. ſententia in.c.cum.M.de Conſtit. ubi uoluerunt: ꝙ ſi conferretur præbēda collatus uideretur & canonicatus. De materia reg. ꝙ conceſſo uno uideātur conceſſa omnia ſine quibus illud eſſe non poteſt. uide Iaſ. in.l. cui iuriſdic. ff. de iur. om. iudi. & ꝙ de cōnexis ſit idem iudiciū. uide Deci. in.c. quanto. in.ii. col. de iudi. ¶ Prædictis annecti poteſt alia ſatis uulgata Reg.

Qui uult dñs uult antecedens. l. Ad legatum. l. Ad rem mobilem. ff. de pro. l. illud. ff. de iur. om. iud. c. ex litteris: de exceſ. prælat. Sed reg. non eſt ſemper uera ſm Bal. in. l. fi. in. xvi. op. C. de hered. inſti. propter tex. in. l. ab eo. C. de fideicō. tu dic ꝙ ſi ad eſſentiam conſequentis requiritur antecedens regula ſemper eſt uera poſito ꝙ uolens utrūq; poſſit propter repugnantiā aut uero requiritur antecedēs ad ualiditatē actus & tūc ſi non declaret aliter uolūtas ſuper antecedente conſequēs infirmabitur. d. l. ab eo. de hoc uide Iaſ. in. l. cēturio col. xxxi. de uulg. & pup.

¶ De loco a ſubrogato.

¶ Subrogatum dicimus illud quod in alterius loco ponitur. ¶ Locus a ſubrogato eſt habitudo ipſius ſubrogati ad id in cuius locum ſubrogatur. Argumentatio procedit affirmatiue: & negatiue.

¶ Vt ſi ex fundo ſeiano mihi debebantur alimenta. ergo itidem ex ſempronlano debebuntur: quoniam is in ſeiani locum ſubrogatus eſt. Item ſi fundus ſeianus quoniam fideicommiſſo ſubiaceret alienari nō poterat. ergo nec Sempronianus: qui pro eo alienato ſucceſſit in ſubiectione fideicōmiſſi. ¶ Reg.

Subrogatum cenſetur eo iure: quo id in cuius locum ſubrogatur. & hoc uerū quantum ad ea in quibus ſubrogatur: tex. eſt cum glo. in. c. eccleſia ſanctæ mariæ. el primo. Vt li. pen. c. cum tu de V ſu. l. ſi donare. §. ſi ſpōſus. ff. de Dona. inter uir. & uxo. tex. & glo. in. l. apertiſſimi in fi. C. de Iudi.

¶ Non tamen abſq; difficultate procedit Regula noſtra. Pretium. n. rei loco ſuccedit. l. ſi & rem in fi. ff. de petit. here. l. imperator. §. fi. cum. l. ſeq. ff. de leg. ſecūdo & tamen non cenſetur furtiua ut res cuius loco ſuccedit. l. Qui uas. §. fi. ff. de fur. l. Quemadmodum in fi. ff. de noxal. Regulam igitur falſitate merito redarguemus. Reſpondemus pretium loco rei in particularibus regulariter nō ſuccedere. ſpecialiter. n. de aliquibus cautum eſt iuxta no. in. c. inquirendum. de peculio. Hanc præterea regulam intellige ueritate non ſubniti quando ille qui ſubrogat ex auctoritate propria aliter in ſubrogato ſtatuit uel quum cōditio principali appoſita ueriſimiliter in ſubrogatum non tranſiret. ex hoc patebit reſponſio ad. c. maiores de Bapt. & c. per Venerabilem. Qui fi. ſint leg. ad. l. ſub conditione. ff. de hered. inſtitu. item. l. legatum. ff. de Adim. leg. & de Condi. & de mō. ¶ Vel breuius dicas: regulam tenere quando recipit primordialem naturam eius in cuius locum ſubrogatur. alias ſecus. ut eleganter probatur in. l. ſi eum. in. §. ſi iniuriæ &c. ff Siquis Caut. & in. l. v. C. de Rei uxo. act. quomodo autem hęc regula procedat in ſubrogationibus actionum reticeo. lōga eſt apud noſtros diſputatio. affatim diſcuſſit Bar. in l. i. §. hęc actio. ff. ſi quis teſt. li. eſſ. iuſſ. fu.

¶ De loco ab ordine.

¶ De loco ab ordine meminerunt ex noſtris q̃plurimi illud dignius uel potius iudicantes: quod ordine præponeretur. c. qui prior de R eg. iu. in. yi. c. mãdato de ꝓ ben. eo. li. l. generaliter. ff. de fideicõm. libert. adde glo. in. c. quorundam. in uer. ꝓdicatoꝝ. de elect. in. yi. & ibi doct. q̃ dicit ꝓdicatores præferri minoribus propter ordinem literæ. quod argumẽti genus infirmum debileq; eſt. l. nec ordo. ff. de Solu. ubi enim ſumus in coniuctis non attenditur ordo ſcripturæ tex. nota. l. l. quidã teſtamento. ff. de pecu. lega. Bar. in. l. cõtractus. C. de fi. inſtru. & ideo Domi. in. c. i. de iur. iur. in. yi. dixit q; in capitulis ſexti non eſt dare prioritatẽ uel poſterioritatem quia eodem momento fuerunt approbata. quod tamen nõ uidet uerum quia repugnarent inter ſe, arg. c. i de conſti. eo. li.

¶ Quod ordo literæ attendatur eſt tex. in. l. generaliter. §. ſi quidẽ. ff. de fideicõ. lib. l. quotiens. ff. de uſuf. c. pe. de reſcri. in. yi. c. mandato. de ꝓb. eo. li. fallit quãdo eſſet poſitus exẽpli cauſa. Car. in. c. decernimus. ad fi. de iudi. per illum tex. in quo ultimo loco ponũtur archiepi. facit. l. obligationum ſubſtãtia. § fi. ff. de act. & ob li. per q̃ reprobaẽ glo. in. c. quorũdam. de elec. in. yi. quia illi erant poſiti gr̃a exẽpli. ¶ Secũdo fal. qñ conſtat de mente diſponentis. Bar. in. l. ii. §. ſi prius. ff. de uul. & pup ¶ Fall. iii. qñ conſuetudo ponit dignitatem ultimo loco. Fili. in. c. ſtatuimus. de maio. & ob. ¶ Fal. iiii. in opinionibus ſcriptis quia in dubio ultima uidetur approbata glo. in. l. qui filium. §. ſabinus. ff. ad trebel. ¶ Fal. y. in auditoribus rotæ quia dignior ſtat ultimo loco. Roma. Sin. lxxxiii. ¶ Fall. yi. in materia reuocatoria. qa ultimũ derogat primo. c. i. de conſti in. vi. l. nam & poſteriores. ff. de legi. ¶ Fall. yii. in ſituatione tituloꝝ de iure canonico. ut patet in multis.

¶ Fal viii. in materia turpi quia minus dignum ꝑponitur ut patet in. c. auaritię iuncta ſupraſcrip. de ꝓben. & ideo ſi uenirent decapitandi uel incarcerandi uilis & nobilis: nobilis poteſt petere ut primo decapitetur uel incarceretur uilis. Anto. But. in c. decernimus de iudi. aliam tñ reg. damus. ¶ Ordo turbatus irritat factum de conſe. di. ii. §. in Chriſto pater & in. c. miramur. lxi. diſt. c. nihil. yii. q. i. & hoc cum ordo pro rei ſubſtantia expetitur ut ſenſit glo. in. c. nihil. Ideo i mãdatis & aliis ubi ordo ẽ pro forma ſi non ſeruetur actus nõ ualet. c. uenerabili. c. cũ dilecta de offi. de leg. c. cum dilecta de reſc. c. piſanus de reſt. ſp. Archi. in. c. ſit rect. xliii. di. eſt enim ordo figura ſubſtantiæ cuiuſq; rei ſm Bal. in tract. ſciſ.

¶ De loco a conſequenti deſtructo.

¶ Conſequens appello quod ad unũ poſitum de neceſſitate ſequitur.

¶ Locus a conſequenti deſtructo eſt habitudo ipſius conſequentis deſtructi ad antecedens. ¶ Argumentatio conſtructiue & deſtructiue tenet. exemplũ ſi matrimonium non eſſet ſpirituale ſequeretur q; eius cauſa poſſet per laicum iudicem tractari. at conſequens eſt falſum igitur matrimonium eſt ſpirituale.

¶ Item. Si ex equo tibi commodato contraheretur mutuum: ſequeretur q; de meo fieret tuũ: at conſequens eſt falſum. igitur non cõtrahetur mutuũ. ¶ Reg.

Remoto conſequenti neceſſario remouetur & antecedens. c. nuptiarũ. xxvii.

q.l.l.il.uer.mutui datio.ff.ſi cer.pet.l.apud antiquos.§.quoniam.ff.de furtis.
¶ Argumentatio hæc ualidiſſima eſt.in ſe continet quod dicimus ab abſurdo. ab inconuenienti de quibus in.c.cum ſatis de offi.archi.Iura enim non admit-tunt ad quod ſequatur uel abſurdum uel inconueniens:uel pernitioſum exem-plum.d.c.nuptiarum.l.cum qui edes.ff.de Vſucap.l.Offidius ff.de l.ga.iii.l.ex diuerſo.§.ubi auten.ff.de Rei uendi.l.ſi quis aliquid.§.abortionis.ff.de penis.

¶ Regula illa.

Qui uult unũ uult omnia quæ ſequũtur ex illo uel fine quo illud eſſet inutile põt hic annecti:ꝓbatur in.l.iii.§.qui hauſtũ.ff.de ſer.ruſt.ꝑd.l.Oratio.ff.de ſpõ. l.Item ulp.§.fi.ff.de exc.tut.l.illud.ff.de acqui.hered.l.quidam.ff.de re.iudi.

¶ De loco a Rubro.

¶ Q m̃ maiores noſtri de hoc loco mentionem fecerunt: ipſe quoqꝫ aliis anne-ctendum cenſui.debile tamen infirmumqꝫ ſatis eſt. ¶ Regulariter enim fienda eſt interpretatio legum quæ ſub titulis ſunt ut Titulorum inſcriptionibus cõue-niant.ar.in.l.i.ff.ſi cer.pe.l.ii.ff.de ſtat.hom.glo.in.c.potuit de locato.hoc tamẽ non procedit quando Titulo generalior eſt textus uel econtra ut.d.c.potuit.& l.ſi conſtante.ff.ſolu.mat.glo.in auctẽ.de Inceſt.nup.col.ii.
¶ Tituli præterea auctentici ſunt:ac poſſunt ad cauſarum deciſionem allegari cũ ſunt orationis perfecte glo.in.c.hæc uerba.de peni.diſtin.i.& in prohœmio. yi.& canoniſtæ copioſius in Rub.de Accuſ. quod tamen non tenet in Rubrici decretorum:quæ non a pontifice ſed a Gratiano legis anctoritatem non haben-te manauerunt.Imo.in Rub.de uerbo.oblig.Gemi.in.c.quis neſciat.ix.di.gl.in c.Carte.iiii.q.ix.Contrarium tamen ſemel diſputando tenui.cum Rubricę non ad cauſas decidendas,ſed ad ea quæ ſub ſe continentur demonſtrandum facta ſint.l.i.ff.Si cer.pet.& actus non dicatur agere ultra intentionem agentis.l.non omnis.ff.eod.tit.& ſi quæ allegari probarentur non earum ſed nigri auctoritate factum afferebam.

¶ De loco A diuiſione.

¶ Diuiſio non accipitur in præſenti pro reali partis ſeparatione ab alia : quæ eſt primæ intentionis:ſed capimus pro termino ſecundæ intentionis . ſicqꝫ diffini-tur . Diuiſio eſt acceptio omnium ſignificatorum uel ſignificati ipſius diuiſi per terminos diuerſis conceptibus ſubordinatos:quorum unus importet partem ſignificatorum uel ſignati.propterea diuidere in ſcientiis eſt accipere terminum qui eſt diuiſum ſignantem plura uniuoce uel equiuoce:uel ſignantem rem quæ eſt realiter totum & oportet ut omnia membra diuiſi complectatur:ut nota . de ſe.diuiſio.§.primo.Summa autem Diuiſionis partitio ſcd̃m Boetium hæc eſt:ꝙ aut ſit per ſe aut per accidens.ſi per ſe triplex eſt.alia eſt generis in ſpecies . ut iu-ris aliud naturale aliud gentium aliud ciuile . aliqua eſt totius integralis in ſuas partes . ut exercitus alii certant alii quieſcunt.Tertia eſt diuiſio uocis in ſignifi-cata:ut canis alius latrabilis alius piſcis alius ſydus.Si per accidens hæc rurſus tri plex.prima accidentis in ſubiectum.ſanorũ aliud homo aliud equus. Secũda eſt.

ſubiecti in accidentia.ut ſtipulationum alia ſcribitur alia non.hinc dicimus diuiſionem iuris poſitam ab imperatore Inſti.de iure nat.gen.& ciui.§.conſtat eẽ ſub iecti in accidentia.ut poſuit Io.an.in Reg.nemo poteſt in.vi. Tertia accidentis accidentia.ut ſanorum aliud calidum aliud frigidum.Inuentus aũt fuit is diuidẽdi modus ut facilius res memoriæ mandarentur.auctore Tullio in Rhetoricis & glo.in.§.igitur in prohem.inſti.probatur in.l.i.ff.de dol.excep. ℂEx hac diuiſione ſit locus quem Themiſtius a ſufficienti diuiſione.Tullius uero & noſtri a ſufficienti partium enumeratione uocant.eſtq́ habitudo unius condiuidẽtium ad reliquum.exemplum ſi eſt teſtamentum aut eſt in ſcriptis:aut ſine ſcriptis. nõ eſt in ſcriptis ergo eſt ſine ſcriptis. ℂReg.

Poſito uno membrorum diuidentium in aliquo ſubiecto cetera remouentur.de hoc habetur in.§.actionum inſti.de Acri.l.patre furioſo.ff.de hiis q ſunt ſu.uel ali.iu. ℂRegula tamen legiſtis congruentior hæc eſt.Quod nulli ex mẽbris diuidentibus competit nec ipſi diuiſo.l. Obligationum fere.§.placet.ff.de act.& obli.exemplum ſi hoc eſſet contractus nominatus,aut cẽt mutui:aut emptionis aut locationis.at non eſt aliquod ex illis.igitur non eſt contractus nominatus.huius argumentatio loci nunq̃ te fallet ſi partes fuerint ſufficienter enumerare.alias non tenet.l.filius.§.filiusfamilias.ff.de lib.& poſthu.de hoc arg.a ſufficienti diuiſione.ui.Iaſ.in.l.patre furioſo in primo nota.ff.de hiis qui ſunt ſu.uel ali.iur.& quid ſit diuiſio uide glo.inſtit.de oblig.in uer.diuiſio.

ℂDe loco a primo ad ultimum.

ℂEſt & ultra precedentes modos in iure noſtro aliud argumentandi genus:qd' a primo ad ultimum uocamus;illdq́ ex propoſitionibus tum hipoteticis tum cathegoricis formamus. Vtimur enim hoc:cum opportet ut per plura currentes:ad concluſionem deueniamus.

ℂEx hipotetica ita.ut ſi uoluero probare ꝙ plures eandem rem inſolidum poſſidere non poſſunt ita deducam.Si plures poſſunt eandem rem inſolidum poſſidere.ergo & uſucapere inſolidum.Si omnes uſucapiunt inſolidum.ergo omnes efficiuntur domini inſolidum.conſequens eſt falſum.l.ſi ut certo.ff.locat.ergo & antecedens:de hoc habes exemplum.c.i.q.i.

ℂEx cathegoricis ita fiet Titius eſt prior Gaio,Gaius eſt prior Sempronio. Sẽpronius eſt prior Cæſare.ergo a primo ad ultimum Titius eſt prior Cæſare ꝓbatur.in.l.de Acceſſionibus.ff.de Diuer.& tẽp.ꝑſcl.Iſte quidem argumentandi modus ſatis efficax eſt:dummodo intermediis propoſitionibus termini nõ uarientur:& ꝑſertim ratione:& ualet hoc argu.ad interpretationem ſtatutorum & teſtamentorum.ut ſi uoluero probare,ꝙ fœmine,quę excluditur a ſucceſſione ꝑ agnatos excluditur etiam a fratribus uterinis ita argumentabor:fratres uterini uincunt agnatos,agnati uincunt fœminas.ergo fratres uterini excludent fœminas.tali argu.uſus ſum ego in Conſi.primo. de hoc arg. uide tex.& Io.and. in.c.autẽ.de Conceſ.ꝑb.in.vi.Rom. in Conſi.436.Bal.in.l.ii.C.de cõdi.ob cau. ſed non procedit ut dixi,quando ratio eſt diuerſa.

¶De locis quæ extrinſecus aſſumuntur.

¶Viſum eſt in antecedentibus quemadmodum a primis duobus locorum generibus argumentatio ſummatur. reliquum eſt de tertio. i. de hiis quæ extrinſecus ueniunt ſermonem habemus. Hæc enim aut ab oppoſitis quorũ multę ſunt ſpẽs: aut a cõtrario ſenſu: aut a diſparatis: aut a maiori & minori, a ſimili, a differẽtia a ꝓportiõe aut a trãſumptiõe ab auctoritate, a caſus obmiſſione deducunt.

¶Diffinitio oppoſiti.

¶Oppoſitum ab oppoſitione eo differt quo concretum ab abſtracto. Oppoſito enim opponendi actum ſeu formam deſignat. Oppoſitum uero rem: quæ oppoſitionẽ huiuſmodi patitur. quẽadmodum albedo formam ipſam albedinis præciſe abſtractam ſignificat. album uero ſubiectum in quo eſt albedo.

¶Diuiſio oppoſiti.

¶Oppoſitorum quatuor ſunt ſpecies: ut inquit philoſophus in. v. Metha. Aliqd enim opponitur alteri aut ratione dependentiæ: quia depẽdet ab ipſo. hæcq́ relatiua appellatur. ita opponitur pater filio & econuerſo. aut opponitur aliquid ratione remotionis. i. quia unum remouet alterum. hocq́ tripliciter ſolet euenire, aut enim penitus remouet nihil relinquens: & hæc eſt negatio quæ totum deſtruens affirmationi opponitur. uocaturq́ hæc oppoſitio contradictoria ſeu cõtradictio, ut Titius eſt heres. Titius non eſt heres. Aut uero tantũ oppoſitũ tollitur ſubiecto permanente. exemplum cecitas uiſum tollit oculis remanentibus. & hæc priuatio nũcupatur. Aut uero ſubiectum remouetur oppoſito exiſtente eiuſdem generis. & hæc contrarietas uocatur. Itaq́ nigredo & albedo inuicẽ opponuntur cum tamen omnes ſub eiuſdem coloris genere ſint. primo igitur uidendum eſt quemadmodum a relatiuis ſummatur argumentatio. at quoniam non ſemper opponendi ratione conſiderata ab hiis ducitur argumentum: tres in materia locos qui omnia complectantur effingemus. A relatiue oppoſitis. a Correlatiuis a propoſito ad oppoſitum.

¶De loco a relatiue oppoſitis.

¶Quæ opponi relatiue dicantur proxime demonſtratum eſt. huius loci talis ẽ forma. Titius eſt uenditor fundi. ergo non eſt emptor. deſti uendo tantum argumentabimur. ¶Reg. hæc eſt.

Si in ſubiecto ex correlatiuis ponatur unum remouetur reliquum. c. ſi. de Inſti. c. per noſtras de iure pat. ¶De loco a Correlatiuis.

¶Locus (quem a correlatiuis ſeu a ui correlatiuorũ ut multis placet uocamus) eſt habitudo unius correlatiuorum ad aliud. affirmatiue & negatiue deducitur argumentũ. ut pater eſt, ergo filius eſt. pater non eſt, ergo filius non eſt. ¶Regula.

Ad eſſe unius correlatiuorum ſequitur eſſe alterius. Item ad non eſſe unius ſequitur non eſſe alterius. probantur hæc in. l. i. ff. de Contrahen. emp. & in. l. i. ff. de Rer. permuta. propterea is qui eſt ſine patre dicitur pupillus non filius. l. pupillus. ff. de uerb. ſign. Item facit Reg. philoſophi q́ Relatiua poſita ſeponũt ſepoſita ſe perimunt. Inſti. de lib. in prin. in hoc fit alia Regu. q́ ¶Relatiuorũ uno po

ſito in ſubiecto remouetur aliud: cũ realiter diſtincta eſſe debeãt.c.fi.de Inſti.c.per ueſtras de Iure pat.c.didicimus.xxiiii.q.i.ut etiam ſupra dictum eſt.
¶Contra quod opponitur.ꝙ compromiſſarii eligentes ſe ipſos eligere poſſunt. c.cum in iure peritus de ellect. Reſpondetur ꝙ unus tantum eligitur non ex ui ſuę uocis: licet cum aliis accedat ſed aliorum.

¶De propoſito ad oppoſitum.

¶Ab hoc loco multi ex noſtris argumentationẽ trahere conſueuerunt a multis tñ etiã prima legũ cunabula egreſſis: quid id importet ignoratũ multotiens uidi.
¶Reg. igitur clarioribus uerbis explicandum ſit hęc.
Sicut operatur propoſitum in ꝓpoſito ita operatur oppoſitum in oppoſito. l.Iulianus.§.ſi uenditor.§.ſi procurator.ff.de actio.empt. huius autem regulæ ſenſus eſt.ꝙ ea quæ ſtatuuntur de uno ex correlatiuis reſpectu alterius & de reliquo ſtatuta intelliguntur. Exemplum in.d.l.Iulianus.Iure cautum eſt.ut uenditor empti iudicio teneatur ſi dolo fecit ut emptor rem pluris ꝗ ualeret emeret, ergo idem erit dicendum ut emptor uenditi iudicio teneatur ſi dolo fecerit ut rẽ minoris ꝗ ualeret uendere.per hoc dicimus ꝙ ſicut duo teſtes probant legatum ad pias cauſas ita probant reuocatiõem legati.c.Relatum.el primo de teſtã.ubi Car.& Imo.Alex in Rub.de acqui.poſſ.ideo dicit Bal.in.l.fi.C.de fideico.ꝙ tot requiruntur teſtes ad probandum præſentiam teſtatoris quot requiruntur ad probandum teſtamentum.ad hæc.l.fi.§.fi.ff.de leg.iii.& Bal.in.l.cum mulier.in xxi.col.ff.ſol.mat.dicit ꝙ ſicut ſe habet cauſa ad effectum in productione; ſic ſe habet deſtructio cauſæ ad deſtructionem effectus quia par eſt potentia cõtrariorum. Vnum tamen ſemper obſeruato. Reſpectus cauſam rationem pleruncꝫ argumenta hæc elludere.

¶De loco a contradictoriis.

¶Locus a contradictoriis eſt habitudo unius contradictorii ad reliquum communis in hoc eſt Regula.
Si ex contradictoriis unum eſt uerum reliquum falſum.exemplũ ſi Titium eſſe heredẽ eſt uerũ. Igitur eũ non eſſe heredem eſt falſum.ratio autẽ eſt qm̃ duo contraria non poſſunt eſſe ſimul.l.ſi ancillam.ff.pro ſuo.l illud.ff.de acq.here.
¶Siendum tamen eſt regula non procedere.Si quando contradictoriorum multiplex eſſet reſpectus obedientiam enim eſſe miſericordiam & non eſſe contradicunt.item omnia poſſidere & nulla poſſidere.& tamen ſimul exiſtũt.c.ſciendum viii.q.i.c.nimis iniqua de exceſſ.præla.ubi Anto.iſtud eleganter inſinuat.
¶Aliam & in hoc Regulam figuramus.
Si ex contradictoriis unum bonum reliquum malum.ſi enim mulierem tangere malum eſt.igitur non tangere bonum erit.c.hoſpitiolum.xxxii.diſtin.cuius argumentationis ueritatem ibi gloſator examinat.Item ſi iuſte confirmatur electio beneſacta iniuſte fuit quando denegabitur.c.poſtꝗ.de elect.in contrarium tamen reperitur tex.in.c.quidam autẽ uer. Volluſiani & uer.Floriani.xxiiii.q.iii.

¶De loco a contrarietate.

¶Liceet cõtrarium large ab Auguſtino Tullio doctoribuſq; noſtris pro quacũq; oppoſitionis ſpecie capiat;nos tñ peripatheticos ſecuti ſtrictius pro ea oppoſitiõis ſpẽ de qua ſuperius dictũ eſt accipere intendimus. In cõtrariis aũt inter aliqua datur mediũ.ut inter albũ & nigrum ſunt medii colores.& inter actioné tributoriã & inſtitoriã ſunt aliç actiões.Inter aliqua aũt nõ datur mediũ.ut inter cõtractus bonæ fidei & malæ fidei non datur aliud mediũ ¶Quum inter huiuſmodi contraria licet medium reperire affirmatiue tantum argumentamur. ut huic ex hoc competit actio inſtitoria.ergo non competet Tributoria. ¶Reg.

Poſito uno ex contrariis remouetur reliquum.probatur in.l.Sed & ſi pupillus. §.ſi inſtitoria.ff.de Inſtit.acti.l.ius noſtrum.ff.de reg.iu.l.i.C.de fur.& ſeruo cor. Ariſto.in.ii.Topi.Contrariorum.n.contrarii ſunt effectus & contraria ratio.l. qui accuſare.ff.de accuſ.l.ſi.ff.de calum.Bal.in.l.imperator.ff.de ſta.homi.¶Proprerea nolunt leges allegantem contraria in iudiciis exaudiri.c.ſollicitudinem de Apellat.in fi.l.i.ff.de Furt.niſi petitionis concluſio concordaret: ut uoluit Abb. in.c.ſicut Tenor de Regu.

¶Eadem ratione dicimus contrarietatem in iure non reperiri: ut in prohem. decret,& in.l.Tanta.C.de Vet.iure enucl. ¶Item non debet eadem res diuerſo iure cenſeri.c.cum in tua de Decim.l.eum qui edes.ff.de Vſucap.

¶Nec debet lex operari contrarios effectus.c.maiores de Bapt.

¶At ſi inter contraria non detur medium Affirmatiue & negatiue ſumitur argumentatio.quando affirmatiue ſeruit regula præcedens.Quũ negatiue ita fiet. hoc non eſt contractus nominatus.ergo eſt innominatus. ¶Reg.

Ad remotionem unius contrariorum immediate poſitorum ſeqtur poſitio alterius.c.cum renunciatur.xxxii.q.i.c.quicunq; ab origine in fi.de peni.diſt.ii. ¶Vt tamen hoc recte Procedat:requiri ur ut in medium adducatur ſubiectũ quod alterius ex contrariis ſit ſuſceptibile.Vnde non ſequeretur lapis non ẽ uirtute decoratus. igitur eſt uitioſus:cum neutrius lapis ſit capax.

¶Opponeret fortaſſis ingenioſus ad iſta diſceptator.Poſſeſſio& quaſi poſſeſſio utiq; repugnant.cum alterum in corporalibus tantum exiſtat.l.iii.in prin.ff.de acqui.poſſ.l.ſequitur.§.ſi uiam.ff.de Vſucap.alterum.i.quaſi poſſeſſio in Incorporalibus.l.pe ff.de ſeru.l.ſicut §.Ariſt.ff.ſi ſerui uendi.Incorporalia enim & corporalia directe ſunt oppoſita & circa unum minime concurrentia.Inſti.de reb. corp.& incorp.& in.l.i.ff.de rerum diui.Veruntamen circa idem beneficium in accipienté cõcurrunt poſſeſſio & quaſi poſſeſſio:ut plene inſinuat Dynus in.c.i. de reg.iuris in.yi.igitur Regulç ſuperius datç ueritatem minime ſapiunt.Reſpõdemus ut etiam in præcedẽtibus tactũ eſt:q; iſta uiribus minime ſubſiſtunt quãdo diuerſæ ſunt contrariorum conſiderationes glo.& Abb.in.c.cum capella.de priuile.In beneficio enim primo per inſtitutionem & inueſtituram tribuitur ius incorporeum in quo recte quaſi poſſeſſio conſtituitur.dantur ꝓterea & res corporales quarum conſideratione poſſeſſio uera demonſtratur.Obiectio igitur teneret ſi ex re tantum in corporali daretur poſſeſſio & quaſi poſſeſſio: Quocirca

doctorem non redarguemus ſi hodie ita in aliquo caſu conſulat ut cras contrarium aſſeueret propter ueritatem nouiter elucеſcentem. l.fin.§.cum in ſecunda.C. de Fur.ubi laudatur Modeſtinus qui ſententiam uariauit.

¶ Aliam præterea regulam faciunt noſtri.quæ talis eſt.

Contrariorum eadem eſt diſciplina.i.ſi unum pro ut eſt alteri cõtrarium dignoſcitur:alterum itidem cognoſcetur.Probatur Inſti.Qui ſunt ſui uel alieni iuris:in prin.& de Tute.in prin.& in.l.Qui accuſare.ff.de accuſa.l.i.§.ſtipulationũ ff.de præto.ſtipula.in principio.hanc poſuit Ariſto.in primo Topicorum.& in quarto Ethi.c.primo probatur in.l.qui contra in fi.de uulga.& pupil.

¶ De loco a contrario ſenſu.

¶ Poſtquam in contrarietat s mentionem incidimus:non abſurdum erit de loco a contrario ſenſu quod in iure noſtro uſitatiſſimum reperitur uerba facere. Summitur autem a ſenſu auctoritatis quę dum aliquid prohib:t uel concedit in certo caſu contrarium in reliquis cõſequenter ponere uidetur.ut in.l.Qui teſtamento.§.mulier.ff.de teſtam.Mulier enim in teſtamento ꝓhibetur eſſe teſtis per .l.Iuli.ergo ex cõtrario legis ſenſu in reliquis teſtimoniũ dicere poterit. ¶ Reg.

Quod de uno ſtatuitur uel dicitur:in reliquis denegatur.c.qualis.xxv.diſtin. c.nõne de preſump.d.l.qui teſtamento &.l.ex eo.ff.de Teſti.l.cum prętor.ff. de Iudic.& ibi nota.

¶ Hinc dicimus.ſpecialem caſus diſpoſitionem iis cõmune in contrarium oſtẽdere.l.ius ſingulare.ff.de legi. ¶ Et licet alias ſcriptum reperiatur mandatorum fines diligenter ſeruandos.c.cum dilecta de Reſcrip.l.diligẽter.ff.Mandat. In his tamen ſummitur huiuſmodi argumentatio.tex.eſt cum glo.in.l.ſi procuratorẽ. §.ignorantes.ff.manda.Quod an in Reſcriptis quæ temporibus noſtris gratioſe emanant teneat non diſputo.§.ignorantes.loquitur in Reſcriptis ad iuris declarationem datis:quæ iura merito dici poſſunt. ¶ Reperimus inſuper argumentationem hanc in pactis & ſtipulationibus locum ſibi uendicare.l.inter ſocerũ.§. cum inter patrem.ff.de pact.dotal.Item in ſententia in teſtamentis ut in.l.Pomponius §.& is qui in fi.ff.de procur.l.Lucius Titius la ſecũda.ff.de Heredi.inſti. In ſtatutis quoq; ut uoluit Bart.in.l.omnes populi.ff.de Iuſti.& iure.& in.l.non poſſibile.ff.de pact.Contrarium tamen ſenſit gloſator canonici iuris in cle.graui in uerbo.facere.de Vſu.de quo Philip.in.c.uoco.in.ii.col.in princ.de etate & quali.in.vi.quorum lites hic componere non eſt noſtrum.cum nõ in ſcholis:ſed in palatiis inter cauſidicos:ubi garrulitatis plurimum ſcientiæ minus conſpicitur materia ſit hæc pertractanda. ¶ Argumẽtum hoc non tenet ubi in tacitis eadem eſt ratio quæ in expreſſis.quoniam tunc per rationis ſimilitudinem & non expreſſa comprehenduntur.ut dicetur in loco a ſimili.

¶ Item ſi ex huiuſmodi argumentatione ſequeretur legum correctio nõ admittitur.c.cum indecorum de etate & quali.l.ii.C.de con di.in ſer.l.ii.ff.de offi.eius cui mand.eſt iuriſdic. Verũtamen ſi ſuperueniret lex quæ alias nihil operatur niſi per argumentum a cõtrario ſenſu tolleratur iuris correctio & ualet argumentum.glo.

tam.glo.in Aut.ex teſtamento.C.de colla.& in Aut.diaconiſſam.C.de epiſc.& cle.imo & glo.in clem.per litteras in.u.apoſtolicis de præb.per illum tex. reſtringit poteſtatem legatorum alias a iure conceſſam per iſtud argumentum.

¶ Præterea non tenet ſi quando abſurdum uel inconueniens aliquod ſequeretur.l.conuenticulam.C.de epiſ.& cleri. ¶ Quæſtio eſt apud ſummos legum uertices an argumentatio ex propria uel impropria uerborum ſignificatione ſummi dicatur.quod autem a propria uerbi ſignificatione trahatur:uidetur tex.in.l. iuriſgentium.§.dolo malo.ff.de pact.ubi iuriſconſultus ait prætorem dixiſſe ſe pactum dolo malo factum non ſeruaturum:cum tamen prætoris uerba non dicerent niſi per argumentum a contrario ſenſu.§.prætor ait.ea.l.facit.l.qui teſtamēto.&.l.ex eo.Dubitationem hanc ex Baldi ſentētia in.l.apud antiquos.C.de furtis.ita reſoluimus.Si caſus a contrario ſenſu ueniens in iure exprimatur: tūc non illum per argumentationem contrarii ſenſus ſed per iura deciſum confitebimur.ſin minus ex interpretatione & coniectura ta legis mente magis q̄ ex proprio ſignificatu dicemus per tex.in.d.l.apud antiquos:& in.c.cum apoſtolicę.de hiis quæ fi.a p̄l.ſi.conſ.cap.de man.uide Iaſ.in.l.i.ff.de offi.e.c.m.eſt iur.

¶ De loco a priuatiue oppoſitis.

¶ In hoc loco eſt regula quæ probari poteſt ex hiis, quæ deduximus in loco a contrarietate.

Poſito uno priuatiue oppoſitorum circa aliquod ſubiectum remouetur reliquum. ¶ Requirit autem huiuſmodi argumentum conſtantiam ſubiecti & tēpus a materia determinatum.Vnde non ſequeretur puer nō eſt malus ergo eſt bonus.Item lapis eſt non uidens.ergo eſt cecus.cum priuatio ſemper habitū pręſupponat.l.manumiſſiones.ff.de iuſt.& iure.c.Ad diſſoluendū de deſpō.impub.

¶ De loco a ſeperatis.

¶ Separata dicuntur ea quæ licet contraria uere dici non poſſint ita tamen ſunt diuerſa ut in eodem ſubiecto ſtare non poſſint propter generis diuerſitatem & affirmatiue tantum ſummitur argumentatio.Et ſi termini ſeparati ſint ſubſtantiales.talis eſt Regula.

De quocunq̧ dicitur unum ſeparatorum remouetur reliquum.c.nōne de p̄ſump.l.papinianus exuli.ff.de Mino.gl.Inſtit.de re.di.§.littorum quoq̧ uerbo publicus. ¶ At ſi termini ſint accidentales.non procedit regula niſi abſtractim ſummantur.unde ſi dicatur.Titius eſt ingenuus.ergo non eſt heres non ualebit conſequentia.ſin uero quiſpiam dixerit.hoc eſt ingenuitas.ergo non eſt hereditas recta erit conſequentia. ¶ At quoniam & doctores noſtri ſepius de terminis abſtracte & concrete ſumptis mentionem faciūt:hos breuibus declarare intēdo:

¶ Abſtractum dicitur quod ſignificat formā rei abſolutam nullo ſpeciali ſubiecto conſiderato,ut libertas,ſeruitus,& ſimilia.Concretum uero.i.quaſi ad aliqd contractum dicitur ea forma quæ eſt in ſubiecto.ut iſte ſeruus liber:&c.

¶ Aliam præterea nobis congruentiorem in hoc regulam damus. Separatorū ſeparata debet eē ratio & determinatio.l.ſi maritus.C.de Don.inter uir.& uxo.

l.de Bonis ff. Ad Carbon.l.naturaliter.§.nihil.ff.de acquir.poſ.Exemplum. Seruitus aquæ ducendæ & ſeruitus aquæ hauriendæ ſunt ſeparata.igitur ſeparatū pro utraq; dabitur īterdictum.l.i.§.ii.ff.de fonte.hinc dicimus ꝙ ex diuerſis nō fit bona illatio.c.inter corporalia de Tranſla.prçlat. ¶Hic applicari poteſt locus quem a diuerſitate perſonarum noſtri formant ut quando in eodem negotio arguitur contra diuerſam perſonam.Tunc enim fiet R egu. Res inter alios acta mihi non nocebit.C.Res inter alios act. per totum.c.ſuper eo.de offi. delega.c.enim errogatum.ii.q.vi.ſed neq; etiam proderit.l.fi.C.de preſc.xxx.uel.xl.an.ii.q.vi.§.diffinitiua.uer.quandoq;.Ancha. Conſi.xxi. excipiuntur tamen a reg.multi caſus ut quando quis ſciuerit cum aliis agi.l.ſepe in prin.ubi Bar.ff.de re iudi.Item quando ageretur de probanda filiatione.Bar.i.l.i.§.plane.ff.de lib.agn.Item in caſu.c.de his.de accuſ.c.cum ſuper.de re iudi.l.diuus.ff.de lib.cau.l.ſi parens.ff.de lib.agnoſ.l.ſi.ff.de inoff.teſt.l.loci.§.ſi.ff.ſi ſer.uen.l.ſi coiter.ff.quēad.ſer.uen.l.denunciaſſe.§.quare.ff.ad leg.iul.de adult.l.poſthumus.§.ſi qs ueto.ff.de inoff.teſt.c.Abbate.de uerb.ſign.& generaliter prodeſt uel nocet quo ad quandam pſumptionem orientem ex iudicio cum aliis terminato.l.ſi duc.in princ.ubi Iaſ.plene diſcutit.ff.de iur.iur.& propter multiplices magiſtrorum exceptiones locus redditur infirmus ac debilis.Noſtri tamen ſanctum exiſtimant cum regulare ſententiā pro ſe habent iuxta nota.in.l.ois diffinitio.ff.de reg.iu.

¶De loco a maiori ad minus.

¶Locum a maiori ab Ariſtotele Themiſtio Cicerone noſtriſq; celebratum dicimus eam eſſe habitudinem quæ eſt maioris ad minus.

¶Maius aūt uel minus non ſcdm quantitatem uel potētiā accipimus:ſed ſcdm maiorem uel minorem eſſendi rationem.i.qđ facilius uel difficilius ineſſe uidet.

¶Ab hoc tantum negatiue argumentamur.exemplum.Minor non poteſt reſcindere contractum in quo iurauit.ergo nec adultus.cū facilius minori q̄ adulto contractuum reſciſſionem concedi poſſe uideatur. ¶Regula.

Si id quod magis uidetur ineſſe non ineſt:ergo nec quod minus.id eſt ſi non conceditur uel non licet quod facilius concedendum uel licere uidebatur.ergo nec qđ difficilius. Ariſto.ī primo Top.tex.in.c.ſi paulus.xxii.q.v.c.ſi ergo.viii.q.i.c.quilibet in ſi.xl.diſt.c.ex parte de decim.Iſto arg.genere uſa eſt Iuno Virg.in primo dicens.Pallas ne exurere claſſem ar.at.i.p.ſ.p.Aſt ego.m.io.coniunx.

¶Nec obſtat quod in.c.licet de tranſla.præla.ubi quando epiſcopo conceditur ut ad aliam eccleſiam tranſeat ad maiorem tranſire poteſt non ad minorem:cū tamen facilius de minori q̄ de maiori concedendum uideretur propter minorem auaritiam.Item nec.c.cui de non ſacerdotali.de præben.in.vi.quoniam illud fit ex mandati forma:cuius fines diligenter ſeruandi ſunt.c.cū dilecta de con fir.uti.uel inuti.l.diligenter.ff.mandat.uel propter maiorem utilitatem quæ eſt in magno epiſcopatu adminiſtrando.& ideo non facilius uidebatur minor cōcedendus.Poſſet hic de magis digno ut ad ſe minus dignum attrahat annecti. ſed illud in loco a principali ſuperius abunde tractauimus.

¶ Aliud nota ꝙ dicimus cui maius denegatur & minus denegatum intelligi-tur quando ſub illo maiori ineſt minus. Inſti. de cap. di. in prin. ſecus cum unum alteri non ineſt. l. relegatorum. §. poteſt. ff. de inter. & releg.

¶ De loco a minori ad maius.

¶ Ab hoc loco affirmatiue tantum argumentari poſſumus. exemplum. clericus prohibetur alienare bona eccleſiæ. ergo & ipſam eccleſiam. uel miles poteſt euertere caſtrum: ergo & rex. Reg. Si id quod minus uidetur ineſſe ineſt: & id quod magis uidetur ineſſe inerit. uel ſi conceditur id quod maius eſt. ergo & id quod minus. c. ulſis. xyi. q. i. c. ex parte. el. iii. de Deci. c. ſi in laicis. xxxyiii. diſt. c. de iudiciis. iii. q. iii. Aūt. multo magis. C. de epi. & cler. l. i. §. quod ait. ff. de ſuperfici. c. miramur. §. quid ſi. xyi. diſtin.

¶ De loco a ſimili.

¶ Nulla in iure crebrior eſt argumentatio ea quæ fit per locum a ſimili ſeu a pari. quum ut inquit Iulianus: non poſſint omnes articuli ſingillatim legibus aut ſenatuſconſultis comprehendi: ſed dum in aliquo caſu ſententia eorum manifeſta eſt: is qui iuriſdictioni præeſt: ad ſimilia procedere atꝗ ita ius dicere debet. l. non poſſunt. ff. de legi. Similitudo autem ſcdm Ariſto. & Bald. in. l. i. C. de fur. & in. l. de quibus. ff. de legi. eſt differentium rerum eadem qualitas. & iuxta quadruplicem qualitatis formam quadruplex poteſt ſimilitudo notari.

¶ Prima qualitatis ſpecies eſt habitus & diſpoſitio: ſcdm quam duo quorū uterꝗ eſt albus dicuntur ſimiles.

¶ Secunda eſt naturalis potentia uel impotentia aliquid facile faciendi uel non faciendi: ſecundum quam duo circa idem potentes ĩpotētes ſimiles eē dicuntur.

¶ Tertia qualitatis ſpecies eſt paſſio: unde duo ligna quorum utrunꝗ comburitur ſimilia eſſe dici poſſunt: & qui incarceratur fuſtigato ſimilis eſſe dicetur. ꝓpter utriuſꝗ paſſionem. Quarta eſt formæ & figuræ ut triangulatio rotunditas &c. Habentia enim eandem rotunditatis formam ſimilia dicuntur. uide Bal. in. l. data opera in. yi. col. C. qui accuſ. nō poſ. Et licet hæc quatuor ſimilitudinis ſpecies argumentationem noſtram iuuare poſſint. tamen locus iſte pro nulla iſtarū capitur. ſed accipitur pro ſimili conuenientia rationis alicuius termini cum alio: unde Bal. d. l. de quibus. ſimilitudinem hanc ita determinauit.

¶ Similitudo eſt in diuerſis cauſis uel rebus una & quaſi eadem ratio eſt enī locus noſter ſecundæ intentionaliter conſideratus. ꝓcedentes autem quatuor ſimilitudinum ſpecies primæ intentionis exiſtunt. quid autem prima & ſecūda intētio ſit inferius declarabo. exemplum. ita fiet. Sicut inter nobilem uxorem & uirũ nobilem conſtat matrimonium: ita & inter nobilem uxorē & ignobilē uirū. ſed ſi nobilis maritus creſcat in honore creſcit uxor & fit nobilis. ergo ſimiliter eſt dicendum ſi nobilis uxor dignitate efferatur: maritus ex ignobili fiat nobilis. iſtud habetur in. l. ſi libertatem. C. de nuptiis. Iſtam aūt rōnis cōueniētiam reqrit hæc argumentatio: non in oībus ſed in his tantum de quibus exoritur quæſtio alias nunquam tanta eſſet ſimilitudo q̄n maior appareret diſſimilitudo. c. damnamus

§.ii.in ſi.de ſum.tri.& fid.cath.glo.in.c.ſuggeſtum de iure pat.c.p̃terea el ſecundo de tranſac.c.uenerabilis de excep.c.cauſam quæ el.ii.de iudi. At dicet quiſpiam imo eadem penitus ſimilitudo requiritur.c.ſicut urgeri.i.q.i.c.nuptiarum.xxyii.q.i.ubi argumentatio facta a matrimonio ſpirituali ad carnale nõ admittitur propter diſſimilitudinem unam inter illa cum in cæteris aſſimilentur.c.inter corporalia de tranſla.p̃la.Reſpondemus quod diſſimilitudinis ratio.erat in caſu de quo querebatur:iccirco non ualuit. ❡ Vnum illud non ſilebo:ꝙ gloſator in.d.c.nuptiarum.§.hinc argumentantur Fanatico (ut reor) ſpiritu ductus Auguſtinum temere rep̃hendit:ꝙ non recte de matrimonio ſpirituali in illo textu oppoſuerit:cum eius oppoſitio elegantiſſime procedat.Non enim ibi loquitur Auguſtinus de matrimonio quod per ingreſſum religionis fit:a quo fateor ad carnale non dari regreſſum:ſed de matrimonio.i.de ea coniunctione quæ fit Chriſto per uotum ſimplex continentiæ:quod non dirimit matrimonium poſtea coniunctum:ut in ſequentibus gloſis idem gloſator inſinuat.

❡ Affirmatiue autem & negatiue ab hoc loco ducitur argumentum. Affir. ſicut conſenſus ineſt matrimonio:ita pretium ineſt emptioni.ſed conſenſus ineſt matrimonio ut ſubſtantia.ergo & precium inerit emptioni ut ſubſtantia. Negatiue conſenſus non ineſt matrimonio ut accidens.ergo nec precium inerit emptioni ut accidens.cõmunis utriꝗ Regu. eſt.

❡ In ſimilibus idem eſt iudicium. Ariſto.in.iii.topi.tex.in.c.multi in ſi.ii.q.i.l.ſi de ea.§.ſi.ff.de acqui.poſſ.d.l.non poſſunt.at quoniam in hac ſimilitudinis extenſione uidentur leges aliquantiſper diſſonare nonnulla ſubiciã ex quibus clarior erit prædictorum intellectus.Sciendum igitur eſt:ꝙ ſi conſtitutio eſt iuris poſitiui & in ea non poſſit aſſignari ratio iuxta.l.non omnium.tunc etiam ſi ſit aliquid ſimile non extenditur.glo.in.c.i.de eta.& qual.in.yi.in.l.i.§.pueritiam.ff.de poſtu.Bal.in.l.i.C.quæ ſit lon.conſue.Item nec quando conſtitutio eſt pœnalis uel exorbitans.c.odia.c.quæ a iure cõmuni de reg.iur.in.vi.quod tantum etiam procedit quum non eſt eadem ratio.alias extenditur uel magis comprehendit caſus rationis identitatem habentes.c.cum dilecta de cõfir.uti.uel inuti.tex cũ glo.in.c.ſi poſtq̃ de elect.in.yi.in ſi.in.l.ii.ff.ad tertul.glo.in.ca.de multa de præb.Item quando lex diſponeret contrarium in ſimili:uel ſi ſtatutum expreſſe diceret quod intelligeretur in propriis terminis in neutro fiet extenſio ut uoluit Bal.in.c.inter cęteras de Reſcri.& in.l.ii.C.de pat.qui fil.diſtr.Abb.in.c.tranſlato de conſtit. ❡ Ex præcedentibus igitur concluſio fiet indubitabilis ꝙ nunq̃ a ſimili ducitur argumentum niſi quando eſt rationis conuenientia:cum omne illud quod ratione caret extirpandum ſit.c.cor epiſcopi.lxviii.diſtin.& erubeſcimus cum ſine lege.i.ratione loquimur. Aut.de Nup. Ratio enim eſt anima legis ut dixit Cy.in.l.non dubium.C.de legi.& probatur in.c.erit autem lex.iiii.diſtĩ.c.ratio nulla.de præb.quodlibet dictum legis extenditur & limitatur ſcd̃m terminos rationis expreſſe.l.adigere.§.quãuis.ff.de iure pat.l.prima.§.non omne.ff.de flumi.l.ſi is.ff.de acqui.poſſ.Vnde licet alias ſcriptum ſit in argumẽtum tra

hi nequeunt quæ propter neceſſitatem ſunt inducta: tamen non procedit quan-
do eſt rationis identitas uel maioritas ut dixi ſuperius in loco a neceſſitate. Aliã
præterea regulã ſubnotabis q̃ licet uirtualiter ex p̃cedentibus haberi poſſit ſpãli
tamen uiſa eſt cõnotatione digna. Si duo a iure regulariter equiparata ſint. ſi per
ius nouũ aliquid in uno ſtatuatur idem & in altero ſtatutum intelligitur tex. cũ
glo. in. l. ſi quis ſeruo in fi. ff. de fur. iuncta. l. ut tantum. ff. de ſer. cor.

¶ Item q̃uis nullum ſimile ſit idem realiter ut uoluit Ariſt. quem refert gl. in. c.
bona fides de depoſ. & in. l. quod nerua. ff. eo. tex. in. l. qui liberis. §. i. ff. de uulg.
& pupil. tamen in ratione poteſt dici idem Bal. in. d. l. qui liberis.

¶ In præcedentibus dictum eſt extenſionem per ſimilia tantum fieri quãdo eſt
rationis cõuenientia. In pœnalibus etiam exorbitãtibus & odioſis idem dictum
eſt ꝙ ex rationis idẽtitate extenduntur. Vnde uel hoc falſum eſt. uel. c. odia. c. in
argumentum. c. quæ a iure cõmuni. de reg. iu. in. vi. ſunt ſuperflua dum prohi-
bent horum extenſionem cum omnino niſi ex rationis identitate extẽdi potuiſ-
ſent: quapropter theorica Io. and. in. c. ſacris quod met. cau. non diſplicet: ut i hiis
ab homine etiam ſi ſit rationis idẽtitas extẽſio fieri minime poſſit: niſi a iure fue-
rit facta. pro cuius ſententia ponderari poteſt tex. in. c. conſtitutionem. de regu.
in. yi. Nonnulli tamen aſſerunt ꝙ in fauorabilibus ſumitur hoc argumentum
etiam ſi eſſet dictio taxans ut in. l. ob es. C. de p̃d. min. cum hiis quæ ibi nota. q̃d
ſecus erit in non fauorabilibus ut in. l. i. C. de parti. qui fil. diſtra. uel dicamus ali-
ud eſſe aliquid per rationis conuenientiam extendi: aliud per rationis identitatẽ
q̃ nota extenſio ut ſuperius dictum eſt nuncupatur. Quod autem dictum eſt cõ
ſtitutiões pœnales extendi per rationis identitatem. dicam uerum quo ad legis
prohibitionem non quo ad pœnam ut dixit Io. an. in. c. diſpendia de reſc. in. vi.
adde ꝙ iſta materia extenſionum eſt ualde lata: ideo uidendus eſt noſter Tracta
tus de Extenſionibus. ¶ Libet (ut ſtudioſi latius hoc argumentatiõis campo de-
currere ualeant) nõnullos hic ſingulariter caſus annectere: in quibus ab uno ad
aliud ſimilitudinis ducitur argumentum. hos non digeſto ſed confuſaneo quo-
dam ordine referemus. ut ſe ſe nobis ex tenui memoriæ promptuario offerent.
neq; etiam ad plenum ſed per indicem tantum. ¶ A matrimonio igitur carnali
ad ſpirituale & econtra in nonnullis bona eſt ſimilitudo. c. inter corporalia de
tranſla. p̃lat. licet. c. nuptiarum. repugnare uideatur. ¶ De pupillo ad eccleſiam
ut inquit Dy. in reg. Delictum perſone in. yi ¶ A circunciſione ad baptiſma. c.
maiores de baptiſ. ¶ A lege hebræorum ad legem canonicam. c. per uenerabilẽ
qui fil. ſint leg. ¶ A priuilegiis ad teſtes. c. cum dilecta de confir. uti. uel inuti.
¶ A furto ad iniuriam & dãnum. l. illud. ff. ad leg. acquil. ¶ A bonorum poſeſ.
ad hereditatem. l. i. ff. de bono. poſſ. ¶ A ſolutione ad promiſſionem. l. cum cer-
tum. C. ad leg. falci. ¶ A filio nato ad poſthumum naſciturum. l. iii. §. ii. ff. de in
iuſt. rup. irri. teſta ¶ A contractu ad ultimas uolũtates. l. ſeruum fi. ii. §. cum qui.
ff. de leg. primo. Et ab ultima uoluntate ad contractum. l. cum qui in prin. ff. de
uerbo. obliga. Plenius agit Ang. inſti. de leg. ſu. cau. ¶ A contractu ad iudicia.

l.iii.§.idem ſcribit.ff.de pecul.¶ A iudiciis ad teſtamenta.l.qui teſtamento.§.cũ qui.ff.de teſtam.¶ A ſtipulatione ad acceptilationem.l.An inutilis.ff.de accep til.¶ A tempore ad locum.l.uinum.ff.ſi cer.pet.¶ A re ad locum.l.cum pluri- bus.ff.de iuſti.& iure.¶ A re ad tempus.l.miles.§.i.ff.de milit.teſta.¶ A tempo re ꝑterito ad præſens & futurum.c.ſcribam leges.de præſumptionibus.l.ſi qui. C.de adul.¶ A re ad locum.l.ſecunda.ff Ne quis eum in ius uoca.¶ Ab una ꝑ ſona ad aliã.l.iiii.C.de teſtam.¶ A loco ad tempus.l.ſi quis ita.ff.de Aur.& ar- gen.leg.¶ A re ad tempus.l.non omnes.§.a barbaris.ff.de re mil.Atq; non uale at arg.a re ad tempus uide Iaſ.in.l.ſi fundum.in.ii.col.in fi.ff.Sol.mat.¶ A nihi lo ad parum.l.ſi pupilli.§.ſi ego.ff.ad legem falci.¶ Ab habitu ueſtium ad iudi ſignum hominis.c.ſi iudex de ſent.exco.in ſexto.¶ A lege imperatoris ad legẽ canonicam.c.nouit.de iudi.Ad legem ciuitatis.l.omnes populi.ff.de iuſti.& iu- re.Ad pacta.c.contractus de reg.iur.in.vi.l.non impoſſibile.ff.de pact.
¶ A ſtatutis ad pacta,ut habetur infra.l.fi.in fi.C.de fide.¶ A stat.ad conſueto- dinem.c.i.de conſti.in.vi.A lege mortua ad legem uiuam.l.ſi quis exheredato filio.ff.de inoff.rup.irri.teſtamen.¶ A populo ad principem.l.barbarius.ff.de offic.pro.¶ A teſtibus ad inſtrumenta.c.cum Ioannes de fi.inſtru.¶ A filiofa- mi.ad patreſa.Inſti.de adop.§.cum aũt.¶ A patrono ad patrem emancipãtẽ. §.ꝑterea per emancipationem inſti.qui.mo.ius pat.p.ſ.¶ A morte naturali ad mortem ciuilem.licet hoc in expreſſis tantum teneat.c.placuit el ſecũdo.cũ glo. xiii.q.i.¶ A perſonatu ad aliud beneficium cum utrunq; eſt curatum.c.dudum el.ii.§.lite uero.de elect.hæc ſunt inter quæ legiſlatores noſtros ſimilitudinẽ ſer- uaſſe comperio:quorum partem retulit Raynerius foroliuienſis in ſuo argumẽ tationum libello.unde nonnulla excerpſiſſe fatemur ad præſentem legalis diale- cticæ ſermonem comprobandum:partem uero nobis ex diutina ſtudii diligen- tia tenuis memoria ſuggeſſit.¶ Notandum tamen eſt nec his ſimilitudinis ar- gumentationem procedere:niſi præcedentium regularum obſeruatione.
¶ Nunc quoniam ſuperius primæ & ſecundæ intentionis nomina declarare pol- licitus ſum:quid ea ſint uideamus.Nomina igitur primæ intentionis dicuntur res per ſe exiſtentes ſine aliquo intelligendi actu:ut homo,bos,teſtamentum,li- bertas,cæcus,ſurdus:quæ licet res non ſint tamen rebus priuatiue ita ueraciter conueniunt:ut etiam ſi intellectus remoueatur tamẽ ſint,dato enim q; nullus ho mo eſſet intelligens tamen bos lignum animal cæcum per ſe exiſterent.huiuſmo di nomina grãmatici uocant primæ impoſitiõis.Alia autem ſunt nomina quæ rebus conueniunt ſed obiectiue in intellectu tãtum nec aliter:per ea enim diſcer- nit intellectus noſter:ut qualitates rerum ſub terminis ſint adaptandæ:ut no- men:uerbum:ſpecies:genus:ſimilitudo in præſenti:nec enim iſta aliquid eſſent ſi intelligendi actio remoueretur.hæc impoſitionis ſecundæ a grammaticis nũ cupantur.Cum igitur duo ſint eſſendi modi ſecundum rem & ſecundum ratio- nem:ex eo quod eſt ſecundum rem fit prima intentio:ex eo quod ſecundum ra- tionem fit ſecunda intentio.

¶ De loco a differentia.

¶ Poſt locum a ſimili poſuit Tullius locum a differentia ut ſciremus ꝙ queadmodum data differentium rerum eadem qualitate idē de utroq; iudicat̃ ita data qualitatū differentia diuerſimode eſſe iudicandū ut ſi q̃ratur an idē ſit rex q̄d tyrānus: reſpondebit̃ minime. raciocinatio autē ita fiet. In rege eſt pietas, iuſtitia, & māſuetudo: in tyrāno aūt cūcta diuerſa. ergo nō eſt idem tyrānus ꝙ rex. ¶ Reg. Differentium reꝶ non eſt idē iudiciū. c. nuptiaꝶ. xxvii. q. i. Hic locus fere ſuperfluus redditur: cū ex p̃cedenti & ex loco a diffinitione eius ſit utilitas percepta.

¶ De loco a proportione.

¶ Proportio eſt rerum differentium eadem habitudo ſm Ariſto. Affirmatiue & negatiue ſit argumentatio. Sicut ſe habet crimen læſæ maieſtatis apud dños temporales: ita ſe habet crimen ſimoniæ apud eccleſiam: ſed cōmittens crimen læſæ maieſtatis deponitur ab omni officio. ergo ita deponetur cōmittens ſimoniam. ¶ Negatur aūt ſic. ſicut ſe habet promiſſio conditionalis ad aduentū ita ſe habet promiſſio pura ad certum tempus. ſed ex promiſſione conditionali nō tenetur ꝓmittens donec euenerit conditio. idem nec ex promiſſione pura in tēpus dilata ante tēporis euentum tenebitur promiſſor. uel ſi magis placet hoc Arithmetrico poſſumus exemplo uti. ab Arithmetricis enim fluxit hoc argumentationis genus. Sicut ſe habent duo ad tria ita quatuor ad ſex. ſed duo non ſunt dupla ad tria. ergo nec quatuor ad ſex dupla erunt. uel poteſt dari exemplum in. l. ex unciis. ff. de hered. inſtit. ¶ Cōmunis regula. De proportionabilibus idem iudiciū eſt. Ariſto. & probatur in. l. ſi quęq;. C. de epiſc. & cleri. l. ſufficit. ff. de cōdi. indeb. l. ſi filius. ff. ſi cer. peta. melius in. l. ii. ff. locat. ¶ Differt aūt locus iſte a loco a ſimili: ꝙ in illo ſit comparatio per ſimilitudinem inherentię in hoc uero habitudinis tantum comparatio miniſtratur.

¶ De loco a tranſumptione.

¶ Tranſumptionis duplicem eſſe ſpeciem grāmaticorum ac dialecticorum duplex ſecta demonſtrat. ¶ Grāmatici enim tranſumptionē uocant qñ dictio uel oratio unum ſignificans ad aliud ſignificandum tranſumitur. ut Virg. Læta boum paſſim cāpis armenta uidemus. Ouid. Quid facis Oenone? quid ſemina mādas harenæ: huiuſmodi tñ & ſophiſtæ utuntur. ut. ¶ Quicquid lætatur habet cor. Terra lætatur igitur habet cor. Parologiſmus eſt falſitatem hñs in tranſumptione uerbi lætatur. dum ad inanimata tranſumitur. Dialectici uero tranſumptionem dicunt: quū nomen magis notum ſummitur pro noīe minus noto. exēplum. matrimoniū non pōt diſſolui ergo nec coniugium. ¶ Regu.

Quicquid conuenit alicui ſub nomine magis noto: conuenit & ſub minus noto ut in glo. §. i. inſti. de patria poteſtate. probatur per hæc quæ in loco ab interpretatione dicta ſunt: cum inter hunc & illum in dandis regulis & argumentatione ſummenda non diſter: niſi ꝙ ibi nomen exponitur. hic autem aliud idem importans ſed obſcurius aſſummitur ſi quis a ſinonimis locum nuncuparet forſitan non errauerit.

¶De loco ab auctoritate.

¶Omnes homines naturali quodam inſtinctu Philoſopho teſte: ueritatis notionem habere deſiderant: ſed eam non omnes pariter accipere conſueuerũt teſtante eodem in ſecundo methaphi. unde fit ut quidam in ſolo demonſtrãdi genere ueritatem ſtare putauerint. alii uero illam fabularum inuolucro cõſperſam ſibi gratiorem maluerint. quod antiquorum apologis & incredibilibus poetarũ ſententiis potiſſimam extitiſſe cauſam reor. ¶Non deſunt ꝑterea qui demonſtrationibus fabuliſq; reiectis ſola maiorũ & ſapientiorum auctoritate cõtenti illud ueritatem eſſe teneant: quod per eos ſancitum determinatũq; eſt qui ueritatis ſuſcipiendæ modus cum in omni ſcientia frequens habeatur: apud religionis cuiuſlibet obſeruatores legũq; peritos frequentior reperitur. Quis enim maiorũ ſuorum ſancta dogmata falſitatem dixerit continere? a tali igitur recipiendæ ueritatis genere exortus eſt locus qui ab auctoritate nuncupatur. Eſt autem auctoritas iudicium ſapientis in ſua arte. exemplum. Aſtronomus dicit cœlum uolubile. igitur cœlum eſt uolubile. Iuriſconſultus ita dixit eſſe de iure. igitur ita ẽ de iure. ¶Regula.

Vnicuiq; experto in ſua ſcientia credendum eſt. unde dixit beatus Hieronymus. experto credite ſeni. tex. etiam eſt in. l. ſi chorus. §. hiis uerbis. ff. de leg. iii. & ĩ prohœm. ff. ꝯ. & in. l. ſeptimo menſe. ff. de ſtatu homi. in. l. i. ff. de contra. emp. l. librorum. §. quod tamen caſſius. ff. de lega. iii. l. legata. §. i. ff. de ſepel. leg. l. in tantum in fi. ff. de rerum diui. cum. l. ſequenti. q̃ in oppoſitum facit.

¶Vnde notandum eſt ꝙ licet in iure noſtro a doctorum noſtrorum auctoritatibus argumentationem ducere liceat: ea tamen non neceſſaria ſed probabilis tãtum eſt. l. labeo. §. ſed de hiis in fi. de ſupell. leg. l. an manumittere. ff. de manuuind. Facit. l. i. ff. de dolo. expreſſim dixit glo. in. l. prima. C. de legi.

¶Ab auctoritate autem legum: q̃ iuris corpore clauduntur: ita neceſſaria fiet argumentatio: ut ab illis recedere minime liceat: nec poſſint ulterius diſputando negare. etiam ſi nulla eorum ratio redderetur: per. l. non omnium. ff. de legi. l. proſpexit. ff. qui. & a quibus. §. ꝙ principi: Inſtit. de re. diui. hñt enĩ apud nos uirtutẽ principiorum in ſcientia: q̃ ſi quis negauerit mutua non eſt diſputatione dignus teſte Philoſopho. & probat tex. in. l. regula in fi. de iu. & fac. igno. & ita neceſſaria eſt hæc argumentatio ut non liceat iudici quacunq; equitate dictante a legis diſpoſitione recedere. autẽ. de iudi. in. §. oportet. l. i. C. de iudi. l. proſpexit. ff. qui. & a quib. non interpretando trahere mus ad ſenſum magis congruum. l. ſcire oportet. §. aliud. ff. de excuſ. tut. de loco ab auctoritate ſanctorum habes glo. in. c. ut ueterum. ix. di. Imo. in. l. ſi uero. §. de uiro. ff. ſol. mat. inter hunc locum & illum quẽ noſtri ab experientia uocant multum conuenit in eo tamen regula talis fit. Qualem quiſq; experientiam de ſe præbet talis iudicatur: uel notius.

¶Opus laudat magiſtrum. probatur in prohœ. ff. ꝯ. & Inſti. in. c. ſemel malus de regu. iur. in. vi. ꝓſumptiue autem ſolum concludit ut ibi notatur.

¶Locum hunc ꝑterea aliter uſurparunt glo. iuris ciuilis ut. s. auctoritatis illius

qui agit

qui agit quantitate penſata maior & minor eſſet actus ualiditas ut nota. Inſti. de iu. natu. gen. & ci. §. plebiſcitum. quod quidem fallit cum æque a minori ſicut a maiore perficitur actus. ar. c. bene quidem. 96. diſtin.

¶De loco a caſus obmiſſione.

¶Quauis locum hunc ſilentio prætererint reliquæ dialecticorum ac Rhetorum ſcholæ: illum tamen quod eo frequentius Eruditi noſtri legum prudentes utuntur non ſilebo. ¶Eſt igitur locus a caſus obmiſſione habitudo ipſius caſus obmiſſi ad expreſſum. cuius ita fiet ratiocinatio.

¶Teſtator in teſtamento nõ inſtituit poſthumum: ſi poſt mortem naſceretur. natus igitur non erit inſtitutus. ¶Regu.

Caſus in diſpoſitione obmiſſus non debet haberi pro expreſſo. c. inter corporalia. de tranſl. pl. c. dilectus de offi. ordi. c. is qui de ſent. exco. & C. de edif. priua. per totum. hinc dicimus. quod non diſtinxit diffiniuit apoſtolus p̃tor uel ex nec nos dicamus aut diſtinguamus. c. quod ſi dormierit. xxxi. q. ii. l. de precio de publi. c. lex diuina. xxvii. q. ii. c. ſunt nõnulli. xvi. q. i. propterea dicimus iudicẽ non debere aliquem pœna afficere ex facto quod a lege impunitum dimittitur. l. & ſi. §. diuus. ff. de reli. & ſum. fun. Aut. de non elig. ſec. nub. §. ut igitur. uer. non eſt lex tale quid dicens. glo. in. c. ſi. de iure pat. Hæc tamen argumentatio licet in ſtatutis, iuramẽtis, teſtamentis, & aliis hominum diſpoſitionibus teneat per. l. ſi cũ dotem. ff. Sol. mat. l. cõmodiſſime. ff. de lib. & poſt. c. pen. de iure iu. C. de pac. cõuenit. l. ſi tamen de iure tenuis eſt. per. l. queſitum. ff. de teſta. c. liquido. de Conſe. diſt. ii. ubi enim rationis idemptitas ſuaſerit argumentationem hanc infringemus. c. inter corporalia. §. ſicut in fi. de tranſ. pla. ¶Tempus eſt ut iam receptui canamus. omnis nãq; nobis argumentationũ legalis eſt ſylua pluſtrata. licet maioꝝ in pluribus noſtroꝝ ueſtigia ſecuti, inacceſſa tñ & ipſi luſtra perrantes obſeruauimus ſemitaſq; inter uepres & ſenticoſa fruticeta longa cultorum noſtrorum incuria deliteſcentes aperuimus: acceſſibileſq; uel pueris fecimus. Pau. Sapienter quidem & ad amuſſim omnia (ut reor) ita expoliuiſti Soci. ut multum ſe tibi in poſterum debere cupida legũ iuuentus fateatur neceſſe ſit. clarus eni adeo in hac ex temporanea argumentorum ratiocinatiõe fuiſti ut nihil ſupra. hac nẽpe fiet ut maior deinceps a noſtris legum ſcientiæ reuerentia habeatur. At quoniam non adhuc in axis heſperii pabula ſolis equi ſe conferunt: perge. & reliquas dialecticæ partes attentis auditoribus legaliter diſcute. Soci. In longum ſermonẽ & exigua non metiendum luce me reuocas Pau. quem tamen niſi Ferta bric aliter uiſum fuerit ſuſcipiam. Ferra. Ego uero libentius nihil. Iam me adeo diuinę huius legalis ſcientiæ tenet delectatio: ut totum uitæ meæ tempus in friuolis hiſce modernorum noſtrorum rendiculis inaniter lactaſſe pœniteat. cum potius diuinam hanc ſtudio dominam complecti potuiſſem: unde uirtutes opibus honores moribus affatim mihi pararentur: nec in omni colloquio recte ſermocinandi modus abeſſet.

❡ Petri Andreæ Gam. Liber Tertius in quo agitur de quinqꝫ uniuerſalibus ex.x.prædicamentis: & uitiis argumentorum.

DICAM Igitur quoniam uacui ſumus. Cum omnis ars & ſcientia extra mechanicorum rationem poſita diuiſionibus maxime abſtractionibus atqꝫ aſſumptionibus quas facit intellectus noſter ab hiis rebus quæ corporaliter uel ĩcorporaliter exiſtũt conſtitui ſoleat: de uniuerſalibus per quę id potiſſimum fieri cõſueuit uerba faciam. neqꝫ enim poteſt intellectus noſter ſcientifice aliquid diuidere: niſi ad genus ſpeciem differentiaſqꝫ concurrat. teſtis Ariſtoteles ac omnis peripateticorum ſchola: teſtes in numeri legum doctores q̄ hoc ſemper diuiſionis ordine uſi ſunt. ❡ At ne noſtra in caput oratio creſcere uideatur: materiam ſtatim aggredior: quæſtiones altas & ĩgeniis philoſophicis uẽtilandas Porphirium æmulatus obmittam: ſimplici tantum uia quid de hiis dialectice legaliter dici queat: ut tenues ingenii uires ſuppeditabunt tentare conabor. Dicitur autem uniuerſale ſcd̄m Thomam quid uniuerſum ĩ multis. Diuerſimode enim conſideratur. ❡ Phiſici uniuerſale uocant cõmunem ipſam naturam in multis reperibilem: & ab eiſdem æqualiter participabilem: ut humanitas noſtri quoqꝫ a phiſicorum conſideratione non longe diſſidentes: uniuerſitatem uocant hominum uel rerum congregatiõem ex qua multis eſt participium: ut ſocietas capitulum, hereditas. textus habentur in titulo quod cuiuſqꝫ uniuer. ff. & .ff. de peti. hered. l. item ueniunt. §. non ſolum. &. ff. de Rei uendi. l. i. §. per hãc. ff. de uſucap. l. eum qui edes. Dialectice autem & doctrinaliter loquẽtes dicimus uniuerſale eſſe ipſam uniuerſalitatis intentionem quæ ab intellectu conficitur: ut genus & ſpecies. ❡ Vniuerſalia tamen hæc a multis prædicabilia nuncupantur cum de multis prædicari poſſint auctore philoſopho in primo perihermenias. omnia enim quæ de multis dici apta ſunt prædicabilia nominantur. Ab uniuerſali tantum ſcd̄m rationem differt prædicabile. De uniuerſali dialectice ſumpto in præſenti uerba faciam. ſi quidem nulla, ut arbitror, legiſtis quinqꝫ uniuerſalium cognitione utilior lectio dari poſſit. hæc nãqꝫ licet ad prædicamentorũ cognitionem aſpirare uideatur: malus tamen in diffiniendo ac diuidendo nobis adiumentum præſtat quantum partem hanc antiqui legum gloſatores excoluerint ignorat nemo: qui eorũ dicta uel minimum deguſtarit. Vniuerſalia igitur cum ea quæ peripateticorum communis eſt omnium acceptio quinqꝫ eſſe diffinimus. Genus. Speciem. Differentiam. Proprium. Accidens.

❡ De Genere.

❡ Genus uarium ac multiplex uocabulum eſſe cum grammaticis ad dialecticis iure prudentes noſtri confitentur. Generaliter enim ſcd̄m Porphirium dici poteſt collectio aliquorum ad unum quodammodo ſe habentium & ad ſe inuicẽ.

& iuxta hanc ſignificationem Romanorum dicitur unum genus: propter tam habitudinem quam omnes ad Romulum habent. Bononienſium itidem ac populorum omnium erit unum genus ut ab aliis diſcerni ualeant. Omnes præterea homines unum genus appellari poſſunt humanitatis ac Adam prothoparentis conſideratione: ut habetur in.c. Dixit Sara.xxiii.q.iiii.& Virgi. Si genus humanum & mortalia temnitis arma.

¶ Ponitur inſuper genus pro cuiuſquã generationis principio. unde Virgil. Et mi genus a Ioue ſummo. & hoc ſeu ab homine: ſeu a patria principium deducatur. dicimus enim Plato genere Athenienſis: ita demũ multitudo quæ a tali principio deriuatur genus appellari poteſt. qua de cauſa fit ut genus pro cognatione ſæpius habeatur ut in Aut. de inceſt. nup. §. ſancimus. & in.c. nouit de iudi.l.i.C. de ſen. conſul. clau. toll. Ouid. Illa cohit firma generis iunctura cathena. Genus etiam apud noſtros pro iure gentium accepit glo. in.l. ſeruus domino. ff. pro emp. nec mirum cũ ab eo gens deriuetur Varone teſte. u. littera tantum ammota ¶ Genus inſuper uocamus quicqd eſt quo alicuius rei qualitas indica ur. hinc dicimus genus uitæ: genus mortis: genus uitii. & ita ſummitur in.l. cum quid. ff. ſi certum peta. & nota. in.l. quod te. eo. tit.

¶ Compertum & multotiens eſt apud iuſperitos noſtros genus pro ſpecie poſitum eſſe: ut in.l. non uidetur i iudice. ff. de iudi.l. idem. §. ſed ſi gratis. ff. nau. caup. ſtab. inſti. de dona. in prin. Genus uero proprie ut (præſentis eſt ſermonis intentio) dicitur terminus uniuocus qui de pluribus & ſpecie differẽtibus in eo ꝙ qd ſit prædicari poteſt ut animal: Contractus: Beneficium. ita ſemper accipiũt prudentes noſtri ſi quando doctrinam nobis exhibere uoluerint. ita accipitur. Inſti. de iure nat. gen. & ciu. §. conſtat auten. uer. plebiſcitum & in.l. mutuũ. §. appellata. ff. ſi cer. pet. Genus enim ſpecies ſub ſe cõtinet.l. in generalibus ff. de Reg. iu.

¶ In diffinitione autem eſt terminus loco generis. uniuocus uero ut oſtendatur equiuoca & tranſcendentia qualia ſunt. Vnum Res. Ens Aliquid &c. ſub genere non comprehendi ar. tex. in.l. rei appellatio. ff. de uerb. ſign. licet glo. in.l. legato generaliter. ff. de leg. primo uoluerit rem eſſe genus generaliſſimum: ſicut & ſubſtantia. quod a ueritate alienum eſt ſi ſpecialiter in uno quoq; prædicamento generaliſſimum uelimus genus aſſignare. poſſet tamen glo. ſuſtineri in puncto iuris: cum leges Rei ſignificationem ad corporales & incorporales tantum ſubſtantias reſtringant. ut Inſti. de Reb. corp. & incorp. & .d.l. rei appellatio. quod de pluribus. ideo dicitur ut ab indiuiduo differat: quod de uno tantum prædicatur. Specie differentibus. poſitum eſt. ut remoueatur ſpecies quæ tãtum dicitur de differentibus numero. & proprium quod de ſola ſpecie uel etiã de genere quod ſpeciei locum teneat prædicatur. In eo quod quid ſit. additum eſt: ut accidens & differentia quæ non quidiatem ſed qualitatem ſapiunt arceantur.

¶ Diuiditur autem genus quoniam aliud generaliſſimum, aliud ſubalternum. Generaliſſimum uoco ſupra quod non eſt aliud genus ſuperueniens: uel quod eſt ita genus quod ſpecies eſſe minime poſſit. ut ſubſtantia qualitas.

Huiuſmodi autem generaliſſima genera ſunt decem: de quibus infra ſpecialiter tractabimus. Genus ſubalternum dicitur quod ita eſt genus quod & ſpecies eſſe poſſit ſi reſpiciantur ſuperiora. ut ius humanum quod reſpectu iuſtitiæ eſt ſpecies: reſpectu iuris ciuilis & gentium eſt genus ſicut ex arbore apparebit.

De Specie.

Species multipliciter ut conſtat. dicitur cuiuſcunq; enim rei tam accidẽtalem q̃ eſſentialem formam ſpeciem uocare ſolemus. unde dicimus. ſpecies Priami digna eſt imperio. & in ſacris litteris. Specie tua & pulchritudine tua hinc ſpecioſũ deriuamus. quod modo pulchrum: modo clarum ſignificat teſte Vlpiano in. l. ſpecioſas perſonas accipere debemus perſonas clariſſimas utriuſq; ſexus: Itẽ eorũ quæ ornamentis ſenatoriis utuntur. ff. de uerb. ſigni.

Pro forma ſubſtantiali accepit Ariſt. in. ii. phiſi. & Imperator Inſti. de Rerum diui. §. cum ex aliena materia. & in. l. ii. ff. ſi cer. pet. l. cũ ſticus. ff. de ſolu. l. ſolet p̃tor. ff. de iuriſ. om. iud. l. cum certum. ff. de aur. & ar. leg. ex hoc cauſatus fuit error Azo. qui Placentinum reprehendebat ut nota. in. §. fi. Inſtitu. de iu. & iur. & ff. eo. l. i. credidit enim Azo. Pla. ita accepiſſe ſpeciem. Pro aſpectu & reuiſa poſuit Vir. in. ii. æn. Non tulit hanc ſpeciem furiata mente chorebus. Specialitatem p̃terea uocant doctores noſtri diſpoſitionem aliquid ſingulariter in uno caſu contra cõmunes iuris regulas diſponentem. unde tritiſſima inter illos extat propoſitio. q; duę ſpecialitates circa idem concurrere minime poſſunt. l. cũ poſt. §. gener. ff. de iure dot. l. i. C. de dot. promiſ. rationem credimus. quoniam omnis a cõmuni iure exorbitatio eſt odioſa. c. quæ a iure cõmuni cum. c. odia de regu. iur. in. vi. fauore tamen uel odio ſæpius uulneratur cõmunis hæc regula. ut in. l. hæc generaliter. C. ad uellei. ubi ſi per pactum nudum promittatur dos petitur actio: & ſi promittens ſit fœmina perdet uelleiani beneficium. concurrũt etiã in l. ſi quis ſeruo. C. de fur. & ſer. corr. ubi contra tentãtem corrumpere ſeruum alienum ſciente domino datur actio ſerui corrupti: quum uere corruptus non fuerit: & hodie clarius habetur in noſtro tractatu Extenſionum. Species inſuper dicitur ea quæ ſub aſſignato genere ponitur ſecũdm quam dicemus emptionẽ eſſe ſpeciem contractus cum contractus nomen ſit generale: emptionem mutuum & alias contractuũ ſpecies ſub ſe continens: at quoniam de diffinitionis huius ueritate ſummos dialecticorum uertices dubitaſſe comperio: ut omnis tollatur ambiguitas recentiorum diffinitionem: q̃ talis eſt ſequamur. Species eſt terterminus uniuocus qui de pluribus numero differentibus in eo quod quid ſit p̃dicari poteſt: diffinitioni huic aſſentitur glo. inſti. de iure na. gen. & ciui. §. plebiſcitum.

Diuiditur autem ſpecies ad ſimilitudinem generis. quoniam alia eſt ſpecialiſſima: alia ſubalterna. Specialiſſima uocatur q̃ ita eſt ſpecies ut genus eſſe non poſſit: ſed poſt eam ſtatim ad indiuidua peruenitur: quæ cum infinita ſint a generaliſſimis uſq; ad ſpecialiſſima deſcendere iubet Plato. Infinitorum enim diſciplina fieri non poteſt iccirco relinquenda ſunt. Indiuiduum autem eſt quod de uno ſolo dicitur: ut ſunt omnia nomina propria & appellatiua cum pronomi

ne demonſtratiuo ut Titius. Iſtud teſtamentum & iſta emptio & ſimilia: quæ ſtãte eorum perfectione diuidi non poſſunt: ut notat. in. c. quoniam Abb. de offi. dele. ubi ſtrictius q̃ hic accipitur. Iuriſprudentes noſtri tantum indiuiduum pro ſtipulationibus conſiderantes altas & perdifficiles de illo materias habẽt uocant nãq; niſi indiuiduum cuius effectus diuidi non poſſit. cuiuſmodi ſunt omnes ſeruitutes uſufructu excepto. l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de uer. oblig. l. in executione eo. tit. elegantius autem dixit Bal. in. c. omnes filii. ſi de feu. fue. cõtro. in uſu feu. Omne quod actu uel habitu corpus hereditarium non eſt indiuiduum merito appellari poſſe. per tex. in. l. cornelia. ff. de iure patr. & in. l. quædã. mulier. ff. fa. hercíſ. Species uero ſubalterna dicitur quæ inter genus generaliſſimum & ſpeciem ſpecialiſſimam conſtituitur. hæc enim ita eſt ſpecies: ut genus eſſe poteſt ſupraſtantium conſideratione ſpecies dicitur: inferiorum uero genus. ut larius patebit in arbore: quam legaliter in prædicamento ſubſtantiæ figurabimus. In p̃cedentibus clare ſatis demonſtratum eſt ſpecies generi ſubeſſe. cõtrarium tamen aſſeruiſſe uidentur prudentes noſtri in l. ſanctio legum. ff. de penis. l. doli clauſula. ff. de uerb. ſig. l. ſeruis Vrbanis in fi. ff. de leg iii. c. generi de reg. iur. in. vi. ubi manifeſte edocemur non generi ſpeciem ſubeſſe ſed derogare. Heſitationem hanc ita ſolui poſſe cenſeo. q̃ p̃ſentis ſermonis: & p̃allegatorum iuriũ diuerſa eſt cõſideratio. hic enĩ ſpeciei cõprehẽſionẽ ad genus p̃dicãdi & p̃dicamẽtalis ordinis conſideramus ubi ſemper uerum erit ſpeciem de genere indiuiduum de ſpecie prędicari in contrariis autem conſideratio eſt. an quod in genere diſponitur in ſpecie diſpoſitum intelligatur: in quo ita concludi ſolet: Vniuerſalis prouiſio iuris in qualibet eius ſpecie militat ut ſuperius in loco a toto ſatis diſputatũ eſt: niſi in aliqua eius ſpecie uel indiuiduo ſpecialiter aliquid ſecus diſpoſitum reperiatur. in. d. legibus contrariis. propter tamen hoc non tollitur quin ſpecies naturaliter generi ſubſit. immo nec dialecticorum quiſpiam negabit ſpeciem generi derogare: quis enim abneget animal rationale quod eſt ſpecies: animali ſimpliciter ſumpto quod eſt genus derogare. cum ſi ſimpliciter animal protulero equinam & humanam ſibi naturam uendicet. quod ſi rationale addidero: cęteras generi ſpecies humana tantum relicta detrahet.

¶ De differentia.

¶ Differentiæ triplicem eſſe ſpeciem cum Porphirio cæteriſq; dialecticæ artis auctoribus confitemur. cõmuniter enim proprie: & magis proprie (ut eorũ uerbis utar) accipi poteſt. Cõmuniter cum aliqua differunt accidente ſeparabili. ut Titius heres a Sempronio legatario. Proprie dicitur cum ex inſeparabili accidẽte differentia prouenit: ut ethiops niger & ethiops albus. Magis proprie autem ſummitur differentia: quum ab alio ſpecifica ratione ideſt propter diuerſitatem ſpeciei diſtat ut emptio a mutuo. conueniunt tamen in genere ut probatur in. l. fi. ff. de fun. inſtruc. leg. Eſt autem differentia ſcd̃m antiquiores qua ſpecies abũdat a genere. Exemplum. Emptio eſt contractus iuris gentium qui mutuo conſenſu inter p̃ſentes p̃cio interueniente perficitur, illud totum p̃cio interueniente

differentia eſt:ꝙ a genere abundat ideſt ad uerificationem generis non requiritur.contractus etenim generaliter ſumptus abſq; precio uerificatur. Recentiores uero ita determinant.Differentia eſt terminus uniuocus prædicabilis de pluribus in quale eẽntiale ut rationale.Dicitur enim illud prædicari in quale:quod decenter reſpondetur ad interrogationem factam per quale, ut ſi dicam qualis eſt homo,eſt rationalis.

¶De proprio.

¶Proprium uocant Grãmatici quod indiuiduo ſoli & non alteri conuenit.unde propriam alicuius cauſam dicimus cum ad eum ſolum pertinet emolumentum.tex.in.l.fenerator.ff.de naut.feno.& in.l.i.C.fin.reg.& in.l.proprium.ff.cõꝑdiorum.Secundum noſtros multipliciter dicitur proprium. Primo enim id dicitur proprium quod ſoli ſpeciei & non omni de ſpecie cõuenit.ut eſſe iuriſconſultus.quod ſoli homini conuenit:nec tamen omni.Ita ponitur ab ĩperatore Inſti.de pa.poteſt.dicens proprium eſſe Roma.ciuium habere filios in poteſtate. & in.l.omnes populi.ff.de iuſt.& iu.Secundo proprium uocatur quod omni de ſpecie ſed non ſoli conuenit.ut conſenſus in matrimonio.Dicitur & propriũ qđ omni de ſpecie & ſoli:ſed non ſemper cõuenit ut canicies in ſenectute.Hiis tamẽ omnibus excluſis.Proprium ab Ariſto.& noſtris ſcđm doctrinam loquentibus ita proprie diffinitur. Proprium eſt quod alicui ſpeciei ſoli & ſemper conuenit conuerſim prædicatur de re nec indicat quid eſt eſſe rei.ut riſus homini.& heredis inſtitutio.Conuerſim prædicari dicimus cum id importat prædicatũ qđ & ſubiectum ideſt quod unum de altero uerificatur.ut riſibile ẽ homo,& homo eſt riſibile. Ponitur autem & non indicat quid eſt eſſe ut a diffinitione:quæ conuerſim prædicatur quidditatem indicans differat.

¶De Accidente.

¶Accidentis uarias cum a Porphirio tum ab Ariſtote.datas diffinitiones obmittemus:unam hanc amplectentes:quam ſequitur Antonius in.c.inter corporalia de trãſl.ꝑla.cæteriq; doctores noſtri. Eſt igitur accidens quod adeſt & abeſt p̄ter ſubiecti corruptionem.ut dignitas,albedo.ꝑſentiam & abſentiam hãc intelligo quæ ab intellectu fieri conſueuit.unde licet coruus de facto albus nõ reperiatur tamen illi nigredo accidentaliter ineſt cum coruum album abſq; ſubiecti detrimento intellectus noſter effingere poſſet. Accidentium aũt ſũma diuiſio hæc eſt.ꝙ aliud ẽ ſeparabile aliud nõ.Separabile dr̃ qđ a ſubiecto ſeparari poteſt ut dignitas & albedo. Inſeparabile uero contrariũ facit.ut nigredo in coruo.& albedo in cigno:q̃ actualiter a ſubiecto ſeparari non poſſunt. Elegãtius tñ noſtri tripartitum accidens eſſe uoluerunt cũ aliud ſit contra naturam.aliud ſcđm naturam:aliud p̄ter naturam.contra naturam uocant ut eſt ſeruitus quæ naturali libertati contrariatur.Inſti.de iure perſo.Secundũ naturam eſt ut libertas.Inſti.eo.tit.& in.l.i.ff.de teſtam. Præter naturam uocamus illud quod neq; naturali cõtrariatur inſtituto neq; ſcđm illud regulatur dignitas & ignobilitas perſonę: de qua in.l.Barbarius.ff de offi.ꝓſi.l.ſi ignoras.ff.loca. Apud eruditos q̃ſtio nõ

parua exoriri ſolet cui nam adherendum ſit cum circa factum accidẽtalis & na turalis cauſa concurrunt:& ſecũdum alteram iudicandum eſt.Dy.Anch.in reg. ſemel malus in.vi.Bar.in.l.iiii.ff.de poſt.Gemi.in.c.p̃ſenti.de p̃b.in.vi.qõnẽ hãc attingunt accidentalẽ prima frõte cõſideranda uideri dicũt:per.l.i.§.beſtias.ff. de poſtu.ubi fera ex mãſuetudine iudicatur.itẽ p.c.ſemel malos.ubi cũ naturaliter qlibet bonus eẽ iudiceť ut in.c.i.de ſeru.ex accidenti tñ malo malus eſſe p̃ſumetur.Cõtrariũ tñ affirmant p.l.iiii.ff.de tut.ubi illi q eſt pupillus & furioſus datur tutor ut pupillo:nõ curator ut furioſo.Queſtionẽ ita ſoluunt:cum accidens naturã perimit p̃ualet accidens qm̃ natura alteratur:ut in.d.§.beſtias.naturalis enim feritas ex accidenti mãſuetudine tolliť cum uero non ipſe ſed eoꝝ effectus repugnant naturalis p̃ualet in.d.l.iiii.ſi nulla inter ipſas repugnantia teneať utrũq;.l.pater.ff.de iure dot.pro cã naturali accidens ſcdm naturam & pro cauſa accidentali accidẽs cõtra & p̃ter naturam intellexerunt doctores nr̃i.cum feritas ĩ fera:bonitas in homine:& pupillaritas accidentia utiq; dignoſcantur.Adde ad materiam an accidens an natura attendatur.Ro.deci.xvi.in no.Bart.in.d.l.iiii. Alex.& Ang.in.l.ſi.eadem.ff.de offi.aſſ.Bal.in.l.i.C.de cur.furi.Domi.in.c.præſenti.de præben.in.vi.Bal.Imo.Raphae.Alexã.in.l.ſed ſi plures.§.in arrogato. per illum tex.cum.§.præced.ff.de uulg.& pup.dicentes cauſam efficientem naturalem difficilius limitari q̃ accidentalem.

¶Habita in p̃cedentibus quinq; uniuerſaliũ cognitione prædicamentoꝝ ante ſignata:reliquum eſt ut alia ad idem facientia nõ omittamus. Primo igitur notandum eſt q quælibet oratio cõſtat ex ſubiecto uerbo & prędicato tacite uel expreſſe.¶Subiectum aũt eſt illud de quo aliquid dr̃:prædicatum uero quod de alio dr̃.exemplum uſuſfructus eſt ſeruitus.uſufr.eſt ſubiectũ ſeruitus prędicatum: prædicatum in ordine p̃dicamentali ſemper debet eſſe ſuperius ſubiecto.prædicatio enim ut inquit Porphirius ſemper fit de ſuperioribus ut emptio & contractus,uel de equis ut hõ eſt riſibile.probatur in.l.i.§.quædam cum glo.ff.de re. diui.& in.l.i.§.conductores.ff.ad muni.ubi ex auctoritate Boetii glo.dixit p̃dicatum in oratione conſtituenda ſubiecto dignius eſſe.prædicatum tñ licet ſubiecto generalius ſit:ſcdm illud intelligitur.l.quotiens.C.famil.herc. Eorum p̃terea quæ de aliquo dicuntur alia ſunt tranſcendentia,alia uniuoca,alia denominatiua. Tranſcendentia uocantur quæ tranſcendunt omnem prædicamentorum ordinem:omni prædicamento equiuoce ſuperiores exiſtunt:& in ſe ipſa cõuertuntur.Suntq; ſex,ens:unum:bonum:uerum:aliquid:res.capias quicqd ſub cœlo eſt.& idem erit ens:& ſi ens erit unum bonum uerum &c. Equiuoca dicũtur quæ plura ſignificant ſcdm rationem diuerſa.glo.in.l.i.ff.de no.oper.nũt.in. l.nunq̃.ff.de Vſucap.Abb.in Rub.de iudi.exemplum actio eſt ius proſequendi quia præcedit obligatio:& ſcilicet operationem ea ratione qua quis operať & talia ſemp a p̃ferente diſtinguẽda ac declaranda ſunt.l.ſi qs intentiõe.ff.de iuditiis.

Penes præcedentia non attenditur ordo p̃dicamentalis:quoniã pluribus intẽta nulli p̃dicamentoꝝ ordini ſpecifice adherent,quod ſi forte equiuocum in prę

dicamento repertum fuerit non equiuoce ſed uniuoce ſtabit.ut animal quod tã de picto q̃ de uiuo dici poteſt:tamen prędicamẽtum ingreditur & ſupponit pro uiuo tantum.

¶ Vniuoca autem dicuntur quæ plura ſed eadem ratione ſignificant:ut hõ qd Titium & Sempronium ea ratione qua uterq; animal ratiõale eſt ſignificat.hæc ꝑdicamenta tantũ ingrediuntur.de quibus iam uerba facere intendo.Ariſto.nã q; de decem ꝑdicamentis librum hac intentione compoſuit.ut infinitas rerũ diuerſitates quæ ſub ſcientia cadere non poſſunt:generum paucitate comprehenderet.Decem igitur rerum omnium genera eſſe conſiderauit ſcilicet unam ſubſtãtiã:& nouem accidentia:ut per Bal.in.l.de quibus in pen.car.ff.de legi.quæ ſunt quantitas,Qualitas,Relatio,Vbi,quando,Facere,Pati,Situs,Habere.iſta rerum genera ꝑdicamẽta nominari uoluit:q; ex eis ordinate diſpoſitis quomodo unũ de altero prædicari ualeat manifeſte docemur.Nihil enim aliud eſt prędicamentum q̃ ordinatio plurium terminorum ſcdm ſub & ſupra ut aperte uidebitis ĩ arbore quam mihi ſtatim legaliter figurabo. Poteſt & aliter congrua decem hoꝝ prędicamentorum cognitio haberi.q; omnis prędicamentalis ordinatio aut fit ex terminis ſubſtantiam denotantibus & fiet ꝑdicamentum ſubſtantiæ. aut fit ex ſignificantibus accidens.& tunc ſubdiſtinguat q; uel rem abſolute uel quodã reſpectu ſignificant.ſi abſolute & habeatur conſideratio ad materiam fit quantitas.ſi ad formam fit qualitas.At ſi aliud reſpiciatur aut intrinſece.& fit relatio:q̃ ſubſtantiæ inheret ratione fundamenti:quod eſt intrinſecum.Vel extrinſece: & tunc uel extrinſecum comparatur ad ſubſtantiam ut agens ad patiens & fit actio & paſſio:uel ut menſura temporis ad menſuratum & fit quando:uel ut menſura loci ad ſubſtantiam abſolute & fit ubi:uel ut menſura loci ad locatum non abſolute ſed in habitudine ad partes locati & fit poſitio:uel comparatur iſtud extrinſecum ad ſubſtantiam ſicut habitus ad id quod ipſum habet:& fit habitus.

¶ De prædicamento ſubſtantiæ.

¶ Dicturi de prædicamento ſubſtantiæ quod in ordine & eſſentia princeps eſt & cui cætera famulantur.bene erit ut quæ & quotuplex ſubſtãtia ſit apperiamus: Subſtantia primum dicitur illud quo res ſubſiſtit:uel dicitur rei ſtatus:ut nota. i l.Iulianus.ff.Ad exhib.Differunt autem ſubſtantia, ſolẽnitas, & Natura actus. quoniam primum quiditatem,ſecundũ modum. Tertium qualitatem indicat: ut auctor eſt Bal.in l.Etiam.C.de execu.re.iud.& per Fili.in Rub. de appel.

Subſtantia uero duplex. Alia prima alia ſecunda.Prima eſt quæ per ſe proprie & principaliter ſubſtat.ut ſunt omnia indiuidua:& hæc maxime ſubſtantia dicitur.cum neq; in ſubiecto ſit:neq; de ſubiecto dicatur græci Vſiam uocant ut teſtatur Aug.in dialecticis:& habemus tex.in.l.in uenditionibus.ff.de contrahen. emp.Secunda uero ſubſtantia dicitur quicquid ſupra indiuiduum eſt ut ſpecies & genera:exemplum.Titius eſt prima ſubſtantia:homo uel animal eſt ſecunda. Circa primas ſubſtantias omnis iudicum noſtrorum uerſatur intentio dum ĩ iudicis cauſæ diſcutiuntur ratione legatorum contractuum,& teſtium:hæcq; di

uiditur

uiditur quoniam alia eſt corporalium,alia incorporalium rerũ:ut Inſti. de reb. corp.& incor.De ſecundis uero conſiderant iura interpretante. Subſtantia igitur quæ generaliſſimi generis locum ingreditur ſecunda erit. Sub hoc prædicamento cõſueuerunt doctores noſtri porphirianam arborem comminiſci.ut aperte docuit Bar.in libello quem de teſtibus exarauit.Ipſe autem aliam effingere ſoleo:non ut ad eam uniuerſaliter q̃cunq; dici poſſunt reducatur ſicut ad ſubſtantiam quæ de omni ente prædicari poteſt:ſed ut legali exemplo,ſpeciei differentiæ generiſq; notitiam intuentibus præbeam:licet & ipſa iuſtitia quæ generaliſſimi generis locum ingreditur incorporea a nobis ſubſtantia nominetur ar.l. hereditas.la ii,ff.de peti.here.& ea de omni iuris diſpoſitione uere dici q̃at,ĩà in qualitatis prædicamento alias reponenda ueniret.in hac igitur generaliſſimi generis locum iuſtitiam ingreditur:quæ in humanam & diuinam partita ius humanum efficit,quod iuſtitia ſuſpiciens ſpecies eſt:ciuilia uero & gẽtium iura de ſpectans generis locum ſibi uendicat,Idem de omnibus uſq; ad lex.quod eſt ſpecies ſpecialiſſima:cum per eam ſtatim ad indiuidua perueniatur ut ex ſubiectis apparebit.

¶ Genus generaliſſimum.

Gennus ſubalternum.	Iuſtitia	Species.
Humana		Diuina.
	Ius humanũ.	
Ciuile.		Gentium & natura.
	Ius romanorum.	
Scriptum.		Non ſcriptum.
Species.	Lex	Specialiſſima.
Indiuiduum.		Indiuiduum.
Lex prima.		Lex ſecunda.

At quoniam doctores noſtri fictionem iuris per prædicamentalem hũc ordinem diſcurrere conſueuerunt:ut Azo in princ.ſummæ. & Archidia.in.c.ferrum.l.diſt.Ancha.in reg.ſemel malus de reg.iu.quid circa unum quodq; prædicamentum iura fingant breuiter adnotabo.Summatim tamen de ea prius pauca delibabuntur:quæ affatim diſcuſſit Bartolus legum magiſter in.l.ſi is qui p emptore.ff.de uſucapionibus.Equitatis enim ratione ſuadente ut infectum aliquid pro facto:uel factum pro infecto haberent:leges naturalem nequeuntes ueritatem in talibus ex uoto inducere:fictionem adinuenerunt:qua fieret ut naturalis ubi non eſſet ueritas cenſeretur.probari autem poſſunt hæc per.l.poſt liminii.ff.de cap.& poſtlim.reu.l.ii.§.uoluntatis.ff.ſol.mat.l.qui ad certum.ff.locat. Illud uero non p̃teribimus quod ſuper his quæ iuris tantum exiſtunt fictio minime reperitur,ea enim quæ iuris ſunt abſq; fictione contrario poterũt iure ſubmoueri.c.i.de reg.iu.quod utiq; uerum eſt niſi contrarietas induceretur.ut cum lex uult q̃ in caſtrenſibus ſui iuris filius eſſe iudicetur.& tamen adhuc in patris poteſtate reſideat,ſi enim ex hoc uere inducerent ut ſui iuris eſſet ſequeretur diſſo

nantia ut ſui iuris in alterius poteſtate exiſteret:contra ea quæ habentur iſti. de hiis q ſi ſunt ſu.uel ali.iur.

¶ Diffinitur autem fic. Fictio eſt rei poſſibilis contra ueritatem pro ueritate facta aſſumptio.poſſibilis ideo dixi quoniam ſuper eo quod generaliter impoſſibile eſt non cadit fictio:fingere enim mortuum uiuum uel uiuum mortuū eſt fingere rem:quæ quidem naturaliter eē potuiſſet arg.ſunt tex.in l.ſi pater.§.ſi tum ff.de adopt.inſti.de adop.§.minorem.fictionem autem hanc & ciuilia & gentium iura receperunt:ut nos.corneliæ legis & poſtliminii fictiones edocent.d.l. poſtliminii.l.i.C.de Rei.ux.act.

¶ Huius uero triplicem ſpeciem dicimus.primam quæ non exiſtentem rem ꝓ exiſtente facit.l.qui in utero.l.ſi.ff.de ſtat.hom.hanc inductiuam uocant.

¶ Secunda eſt cum exiſtens res pro non exiſtenti a iure ſummitur de qua eſt.l. deo nobis.C.de epiſ.& cler.priuatiue huic nomen indiderunt:ꝙ exiſtentem rem eſſentia priuare intendat. Tertiam fictionis ſpeciem cum res uno modo exiſtēs ad alium exiſtendi modum aſſummitur hanc tranſlatiuam ſeu extenſiuam maiores noſtri uocauerunt.fit enim quandoꝙ in tempore ut dicetur in prædicamēto quando.item a perſona ad perſonam.l.ii.§.deieciſſe.ff.de ui.& ui.arm.itē de re ad rem.l.clauibus.ff.de contrahen.emp.item de loco ad locum.ut i.l. qſitū.ff. de leg.iii.dicetur.in ubi.¶ Notandum ꝑterea eſt ꝙ fictiones duæ regulariter circa idem concurrere non poſſunt ut affatim nota.per doc.in.l.ab emptione.ff.de pact in fi.& Bart.in.d.l.ſi quis pro emptore.quod non procedit quādo una pēdet ab alia.l.ſi quis poſthumos §.i.uer. diuerſum de lib.& poſt.gl.in.l.ſi ſeruus meuli.in uer.ſtipulatio.ff.de ſtip.ſer.Item nec quando a diuerſo fonte proueniūt l.ſingularia.ff.Si cer.pet.Bar.in.l.gerit.in ult.col.de acqui.heredi.& ego alias late ponendo plures caſus:in materia extenſionum.In hoc autem ſubſtantiæ prædicamento canones Ioannes eſſe Helyam finxerunt.c.quæritur.§.item opponitur.xxii.q.ii.c.ferrum.l.diſt.Item columbam coruū.§ quid ergo.ii.q.vii. Itē leges non natum eſſe natum.d.l.qui in utero:natum non natū.l. Titius ff. de lib. & poſth.& mortuus uiuus eſſe dicitur inſti.de excuſ.tut.§.filiis autem. cōceptus pro non concepto.l.qui mortu'.ff.de uerb.ſigni. Adde ꝙ ꝓſumptio differt a fictione ꝙ præſumptio eſt ſuper incerto,fictio ſuper certo glo.in.l.i.§.accedit.ff.de Rei uxo.act.& in.c.is qui.de ſponſa:& de materia fictionum uide cōmentū noſtrum:in cle.quod circa de elect.Prædicamentum hoc magis minuſue non recipere clarum eſt per ea quæ retulit glo.inſti.de iure perſo.§.in ſeruorum. Titius enim non magis eſt homo ꝙ ſempronius.Subſtantiæ inſuper contrarium nihil habent licet contrariorum ſuſceptiuæ ſint ut lapis qui nunc niger eſt.idem & albus eſſe poteſt:eadem tamen ſubſtantia permanente.

¶ De quantitate.

¶ Viſum eſt de prædicamento ſubſtantiæ.bene eſt ut uideamus de prædicamēto accidentium:in quibus propiorem ſubſtantiæ locum ſibi uendicauit quantitas,dum illi immediatius ſubeſt & illam cætera accidentia circunſtant. Quātitas

generaliter ſumpta ab Ariſto.non diffinitur cum ſub ſe denominatiua duo quã-tum uidelicet & quorum comprehendat.l.cum duobus.§.ex facto.ff.pro ſocio l.aut facta §.quantitas.ff.de penis.l.ex morte.ff.de pac.conuent. Denominatiua nãq; duo ſimul finiri non poſſunt. Item quantum pro quoto tãtum ſæpius iura poſuere. Aut.quomodo opp.epiſ.§.quanto.l.qui concubinam.§.cum ita.ff.de leg.iii.Quantum igitur ab Ariſto tantũ.in.v.metha.ita diffinitur. Quã-tum eſt illud quod eſt diuiſibile in ea quæ inſunt:quorum quodlibet eſt natum eſſe hoc aliquid.Ab eo ita ſumpto fit quantitas.quæ ita ſolet a pleriſq; determinari.Quantitas eſt ens ſubſtantiæ menſuratiuum. Bifariam hæc diuiditur.quoniam alia continua alia diſcreta.Continua cuius partes ad unum cõmunem terminum copulantur.cuius ſpecies ſunt.Linea quam una tantum dimenſione metimur:& eius particulæ ad punctum reducuntur.quam poſuit tex.in.l.lineã.ff.Ad leg.falci.l.inter eos.ff.de acqui.re.dom.Superficies quam duabus metimur:& a.l.unum.l.ad lineam reducimus habetur in.l.i ff.de ſuperfici.l.ſi fundum.§.q fundum.ff.de leg.primo ubi latius capitur.Eſt item corpus.quod latitudine lõgitudine & profunditate metimur.huius particulæ ad unum per ſuperficiem copulantur.omnibus hoc in legibus reperitur.locus item & tempus ſunt quantitatis continue ſpecies tex.eſt in.l.aut facta.§.locus.§.tempus.ff.de penis.c.l.xxix.diſt. Quantitas uero diſcreta eſt cuius particulæ ad nullum cõmunem terminum coniunguntur.ut oratio & numerus.In Oratione enim non eſt terminus cõmunis in quem ſyllabæ recipiantur:ſed una quæq; ſecũdum ipſam diuiſa eſt. non deſunt tamen qui orationem a prædicamento hoc excludant. In numero idem fit.Quinq; enim & quinq; licet ad.x.partes exiſtant:non tamen ad cõmunem terminum reducuntur.ſed ſemper diſcreta ſunt. Fingunt leges aliquid eẽ plus ratione tpis qđ quantitatis rõne non eſt.§.plus inſti.de Actio.l.minus.ff.de uerb.ſig.Item aliqđ non eſſe plus:quod utiq; plus eſt:uerbum illud ad modicam quantitatẽ reſtringentes.l.hæc adiectio.ff.eo.ti. Quantitati aũt nihil contrarium eſt neq; in ea magis & minus cadere poſſunt.Eius propriũ eſt paritatẽ ac imparitatẽ dicere:nec obſtat ꝙ Titiũ Sẽpronio maiorẽ dicamus:qm̃ nõ tunc quantitatiue ſed relatiue teneatur.ut docuit Bar.in tract.de teſti.in.c.qualitas.

¶De qualitate.

¶Qualitatem a quantitate differre teſtis eſt gl.in.l.cum duobus in.§.item ex facto.ff.pro Soc.l.certum.ff.ſi cer.pet. Quantitas enim materiam:qualitas formam:Bonitatem:malitiam colorem ne demonſtrat ut ſupra in uniuerſalibus demonſtratum fuit:pbatq; in.d.l.certum.cũ gl.& in.l.ſtipulationum cum.l ſeq.ff.de uerb.obli. Qualitas aũt eſt ſecundum quam quales eſſe dicimur. ut ſecundum colorem coloratí & ſecundum doctrinam docti eſſe dicimur.hanc qualitatem multotiens noſtri naturam uocare ſoliti ſunt.ut inquit Bal.in.l.etiam.C.de execu.rei iu.dicimus enim qualitas enti aduenians reponit illud in diuerſam naturam.c.ſtatutum de elec.in.vi. Huius duæ ſunt ſpecies.una eſt in qua diſpoſitio quædam & habitus mentis eſſe intelligitur.

A diſpoſitione tamen habitum differre manifeſtum eſt cum diſpoſitio qualitas ſit facile mobilis. habitus uero difficulter. diſpoſitio erit cum ſciētiam ita imperfecte didicerimus ut facile obliuioni mandari poſſit. habitus uero cum ea recte percepta fuerit. ex frequentatis actibus omne enim artificium per continuū exercitium ſuſcipit incrementum. l. legatis. §. ornatricibus. ff. de leg. iii. habens habitum & diſpoſitionem habebit. at non e conuerſo ar. tex. in inſti. de ſerui. Ruſti. præ di. §. ul. Species autem ſunt. Iuriſprudentia. Philoſophia. Rhetorica. Grammatica &c. quæ ita animo herēt ut difficile amitti poſſint. huiuſmodi ſūt etiam ſeruitutes in agris. l. qui fundum. ff. de ſeruit. ſi ſenſatis ſenſata licet componere. Diſpoſitionem uſurpant legum conditores pro quadam ordinatiōe ut in c. ii. &. c. licet de pben. in. vi. Secunda ſpecies eſt harum qualitatum quas poſſibiles nuncupamus. non ut hæc patiantur ſed ꝙ paſſionem in ſenſibus noſtris faciunt: ut amaritudo: & dulcedo de qua in. c. ſi quis hominem. x. q. iii. Item quæ nobis ex aliqua naturæ paſſione inoleuerint. ut iracundus, ebrioſus, pallidus. ſi enim ſubito aliquo caſu aliquis pallens uel ebrius fieret: nec pallidus uel ebrioſus dici poſſet. propterea ebrietatem uoluerunt iura ſacerdotem a ſacerdotio remoueri: ſecus autem cum raro ebrius fiet. c. ſpiritus. xxxv. diſt. §. criminis. xxv. diſt. probantur hæc in. l. ob quæ uitia, ff. de edil. edic. & in. l. i. §. apud Iulianum eo. ti. ubi diſtinguitur ꝙ iſte qualitates hominum aut ſunt in animam tantum: aut in corpore: aut in utroq́;. Tertia qualitatis ſpecies eſt naturalis potentia ut l impotentia aliquid faciendi. ut lignum fragile & fiſſile. ideſt qđ poteſt findi: & mulier incognoſcibilis quæ cognoſci nō poteſt: & frigidus maleficiatus: extra de fri. & malefi. per totum: & inteſtabilis. ut inſti. Qui. non eſt permiſ. fac. teſta. & impubes doli incapax. l. pror. §. prima uerba. ff. de ſepul. Quarta eſt qualitas ſpecies cum per eam formam figurāq́ intelligimus. ut triāgularitas, curuitas &c. Si enim qualis ſit interrogemur. Quadrum, rotundum, curuum, erectum ꝙ reſpondebimus. Aut de Mona. §. ſancimus. Fingunt canones adulterum ſtupratorem non eſſe qui eſt. c. i. xxvi. diſt. & ꝙ purum eſt conditionale eſſe & e conuerſo. l. i. ff. de lib. agno. diſſimulant item homicidam. c. periculoſe de pēni diſt. i.

Magis & minus recipiunt non omnes qualitates: nec enim hoc magis quadrum uel rotundum alio dicimus. ubi etiam ipſum quadrum rotundumq́ eſt. Quidam autem ſubtilius intuentes Martiano teſte qualitates nullas magis minus recipere dixerunt: utpote cum ſanitas: grāmatica Iuſtitia & habendi qualitates ſint: per ſe perfectionis gradum tenent ſed eorum denominatiua hoc tātum recipere: quo fit ut hic altero ſanus iuſtuſq́ magis appareat. Qualitatibus non ſemper contrarium reperitur rotam quadro rotundoq́ nihil contrarium ſit.

¶ De relatione.

¶ Relatio eſt cuius eſſe ad aliud ſe habet: unde Ariſto. non relationem ſed ad aliquid uocauit: ꝙ per illud relatiui ad aliud dependentia clarius exprimatur.

Notandum eſt ꝙ relatiuum aliud eſt rationis. aliud rei: rationis eſt: ut qui q̄ quod. & hoc in pſenti ſecluditur. rei eſt ut pater reſpectu filii. cui noſtra erit conſi

deratio. Diffiniri autem ita poteſt. Relatiuum eſt quod hoc ipſum quod dicitur alicuius eſt: uel ad aliquid quolibet referri poteſt. ut filius non ſine patre: nec emptor ſine uenditore & conuerſim intelligi queunt. Sunt autem relatiua aut alicuius. ut pater filii: & dominus ſerui & filius patris. ut in tit. de fil. pſbi. & in c. epiſcopus qui. c. eccleſiæ ſeruos. xii. q. ii. inſti. de hiis qui ſunt ſui uel ali. iu. Aut ſunt alicui. ut uicinus uicino. c. cupiẽtes de elec. in. vi. l. ſi edes. ff. de ſerui. Vrba. ꝓdi. & ſocius ſocio. c. repellantur de Accuſ. l. nam ſocius. ff. pro ſocio l. eam quã. C. de fideicom. hæc enim equiperantiæ relatiua nominantur. Aut ſunt ad aliqd ut ſimplum ad duplum & duplum ad ſimplum. l. i. §. ii. ff. depoſi. Relatiua autẽ omnia hæc: hiis ad quæ referuntur pariter reſpondent. ut pater filii: filius patris. Titius uicinus Sempronio. Semp. uicinus Titio &c. Fingunt iura eum qui nõ eſt filium eſſe. c. inuenta. xxvii. q. ii. l. i. §. ul. l. i. & iii. ff. de lib. agno. Illud non ſilebo ꝙ prima ſubſtantia & ꝗlibet eius pars (ut clarius loquar) nomina propria nullo modo relatiue dici poteſt. ut cæſar alicuius &c. & licet leges alicuius Sticũ Pamphilumq́ʒ dicere uideantur. non tamen alicuius ſunt ratione qua Stichus & Pamphilus exiſtunt: ſed ratione qua ſerui idem & de ſecunda ſubſtantia erit dicendum. nec enim hominis alicuius hominem nec teſtamenti teſtamentum dicimus. Quæri poteſt an relatiua magis minuſq́ʒ ſuſcipiant. & primum nõ ſuſcipere teſtari uidetur glo. in. §. fi. inſtit. de iure perſo. ubi uoluit ſeruum unum altero ſeruum magis non eſſe. ſed dicamus ibi ſeruum non relatiue ad dominũ accipi: ſed pro ſeruili conditione. quod potius eſſe in ſubſtantia dicamus. uiciniorem amiciorem cariorem q́ʒ dici poſſe nemo ambigit. licet non magis duplum aut triplum reperiatur.

¶ De Actione.

¶ Actio eſt ſecundum quam id quod ſubiicitur agere dicimur. ut legens aliquid dicitur agere in eo ꝙ legit: diſputãs in eo ꝙ diſputat: ipſa lectio uel diſputatio uocabitur actio ar. in. c. i. de maio. & obe. c. noua. xvi. q. v. Aut. hoc ius porrectum. C. de ſac. ſan. eccl. Notandum eſt ꝙ in hoc prædicamento non admittimus ſubtilem Bar. differentiam in trac. de teſtibus imprudenter agere & facere: cum utrũq́ʒ uerbum equæ prædicamento huic adaptetur. ar. nota. in. l. licet. ff. de uerbo. ſ g.

Fingunt iura per me fieri quod per alium fit. c. qui per alium de reg. iu. in. vi. l. licet. ff. de iudi. l. ſi quis. ff. ſi quis eum qui in ius uoc. ſu. Item defenſionem obmittens necare fingitur. c. ſicut dignum de homi. l. necare. ff. de lib. agno. Et donaſſe qui non donauit. l. i. C. de dona. & qui nõ dixit dixiſſe l. in ambiguo. ff. de Reb. dub. male agentem nihil agere. l. i. ff. quando dies uſu. leg. cedat. Cautionem dediſſe qui non dedit l. ſi. ff. de Admi. tut. percuſſiſſe qui nõ percuſſit. c. mulieres de ſent. excõ. damnum dediſſe qui non dedit. c. ſi. de Iniu. In eo magis minuſq́ʒ hoc prædicamentum ſuſcipit ꝙ magis legere & magis ſtudere dicimur.

¶ De paſſione.

¶ Paſſionis ſemper actionem inferre ſicut & actionis paſſionem proprium eſt. actio enim in agente paſſio in patiente eſt. ut calefieri percuti inſtitui heres & ſimi

ſta. Hinc dicimus factionem teſtamenti cum ſeruo paſſiuam eſſe: q; inſtitui tantū non autem inſtituere poteſt. Inſti. de hered. inſti. & de here. qual. & diffe. §. teſtamenti & corruptionem uſufructus. l. corruptionem C. de Vſu. & habi. A canonibus ſtuprata fingitur quæ non eſt & non ſtup. quæ eſt. c. propoſito. xxxii. q. v. & clerum pati quam non patitur iniu iam. c. cum contingat de ſ nt. exco. & patrem uerberato filio, Inſti. de iniu. §. ſeruum autem: & dominus in Euágelio. qđ uni ex minimis feciſtis mihi feciſtis. Magis autem & minus ſuſcipit cum unū alio magis pati conſtet.

De quando.

Quando eſt quod ex temporis adiacentia in re temporali derelinquitur. genera ſubalterne poſita ſunt in euo in ęternitate. in tempore. c. i. de ſum. tri. & fide cath. in. vi. per glo. ſpecies ſunt omnia aduerbia temporis. ut hodie. heri. cras &c.

Dicimus Chriſtum crucifixum in hora ſexta. qui nona fuit crucifixus. c. periculoſæ de peni. diſt. i. fingitur contracta emptio tempore quo non fuit. l. neceſſario §. quod ſi pendente. ff. de peri. & cōm. r. u fingitur item & ratum habentem tempore quo non mandauit mandaſſe. c. ratihabitio de reg. iu. in. vi.

De Vbi.

Vbi ut diffiniuit Gilbertus eſt circunſcriptio corporis locati a loci circunſcriptione procedens, cuius genera ſub alterna ſunt. in loco. l. aut facta. §. locus. ff. de pœnis. in ſpacio. c. ſicut antiquitus. xvii. q. iiii. ſpecies ſunt. ut i agro. l. in agris. ff. de acqui. re. do. in uilla in horreo. l. ſi quis ex argentarii. §. i. ff. de eden. in eccleſia, i cimiterio. c. i de conſec. eccl. uel al. in. vi. indiuidua in hoc agro. Romæ. *Piſis &c.* Ex canonis fictione aſſeritur quis eſſe in ciuitate a qua tranſlatus eſt. c. mutationes. vi. q. i. item præſentem ab eſſe & econtrario iura finxerūt. Auten. ut oēs obiud. §. ſi. col. v. igitur. l. ſi quis. Titio. ff. ex quibus cauſis maiores. l. ſi maritus. §. nec q;. ff. Ad leg. iul l. diem §. pen. ff. de arbi. item eum fuiſſe in ciuitate qui non fuit. Vt de cap. & poſtl. reu.

De Situ uel poſitione.

In poſitione uel ſitu fiet interrogatio per qualiter uel quomodo. Reſpōſio autem fiet per tria hęc. ſtare quod non mentis aquieſcentiam (ut in. l. diem proferre. §. ſtari. ff. de Arbi.) ſignificat ſed corporis ut in Euang. Cū ſtetetis ante reg. & pſid. n. c. q. a. q. l. & in. c. i. de for. compet. Sedere a quo & ſeſſio pro ſedendi actu deriuatur. l. ii. § dies bonorum. ff. quis or. in bon. poſſ. ſer. l. i. C. de offi. ciui iudi. Iacere. ut in auten. qui. mo. na. eff. leg. §. quiſquis. col. vii. clem. impleri q;. §. nullus de elect. Fingitur quis inter duo mala ſitus eſſe cum non ſit. c. nerui. c. duo. xiii. di. & lex iacere dicitur. Aut. de inſtru. ſi. & caut. in prin. col. vi.

De Habitu.

Habitus nō hic accipitur ut in pdicamento qualitatis. ſed pro quadam eorū quæ circa corpus ſunt adiacentia ut in. c. ſi iudex. de ſent. ex. in. vi. c. ulti l. diſtin. ſpecies autem ſunt ut armatus in prohœm. inſti. ueſtitus. l. ueſtem. ff. de Iniur. c. i. de cleri. coniu. in. vi. calciatus cle. i. de uit. & hone. cle. paludatus, tunicatus, palliatus. Si igitur interroget te quiſpiam, Quid eſt Titius? reſpōdebis eſt animal

rationale.& fiet prædicamentum ſubſtantiæ.Si quantus? R.longus.& erit quātitas.Si qualis? R.doctus uel albus,& fiet qualitas.Ponamus ipſum patrem & interrogeris ad quid eſt pater? R.ad filii reſpectum.itaq; fiet relatio.In quem iaculatur? R.in Sempronium.& fiet actio.& paſſio.Vbi natus eſt? R.Romæ uel in cāpo,& fiet ubi.Quando natus eſt? R.anno tali,menſe tale,& fiet.quando qualiter uel quomodo ſitus poſitus ue eſt? R.ſedet uel iacet.& eſt ſitus.Qui habitus? R. palliatus,calciatus &c.Hæc ſunt prædicamenta.x.ex quibus neceſſario aliquid ſingillatim enunciamus.Quicquid enim uerum falſum ue ſignificās dici poteſt. hiis uel continetur uel applicabile eſt.Quibuſdam exceptis quæ niſi uerbis adiūcta fuerit nihil ſignificant.ut præpoſitiones,coniunctiones,& huiuſmodi. Receptui iamdudum canere fumantia uillarum culmina & duplicatæ collibus umbre monent.Fer.Argumentandi modos.uniuerſalia cum prædicamentis recto diſputandi trammite iuriſperitos habere demonſtraſti.uerumtamen eos cauillationibus quiſpiam ac ſophiſticis inſidiis facile ut reor comprehendere poſſet. uos.n.legum bonitatem cauillationum ſubtilitate ſequeſtrata ſequimini.Soc.Sequimur equidem.fateor legum bonitatem:quæ ſubtilitates nimias & ſophiſtica dogmata proterit peſſundat & excludit ut in.c.dilecti de Iudic.l.ita uulneratus. ff.ad leg.aquili.c.nonne.xxxv.diſtin.l.penul.C.Ad Trebel.nec ideo tibi perſuadeas uelim columbarum ſimplicitatem abſq; ſerpentis prudētia iuriſperitos admittere.Habent & ipſi qua ſophiſticos & umbratiles latrantium morſus ratione cognoſcant:& ad nihilum redigant.Quod longioribus tibi uerbis explicaſſem niſi ad occaſum properaret ſol.breuibus tamen intereundum nonnulla recitabo.

ℂ De uitioſa argumentatione ſeu cauillationibus.

ℂ Argumentorum uitia & fallaces tendiculas cauillationes appellare conſueuerunt prudentes noſtri.Cauillationis enim ut dixit Vlpia.in tit.de uerb.ſigni.ea natura eſt ut ab euidenter ueris per breuiſſimas mutationes diſputatio ad euidēter falſa perducatur.l.ea eſt natura.ff.de reg.iu.eſt enim decep.ut notat.in.l.cū hii.§.ſi pror.ff.de tranſac.& Inſti.de oblig.in princ.Diſcernentur aūt uitia hæc ſi in rōnis diſcurſu diligenter attenderimus:ne uel terminorum uariatio,aut multiplex fiat acceptio. Ex tribus uero cognoſci poſſe omnia uitioſæ argumentationis diſcrimina doctores noſtri uoluerunt:Ex equiuocatione.Accidenti.& ſecundum quid ad ſimpliciter ut docet Spec.in tit.de alleg.& diſput.dicendū igitur prius de equiuocationis uitio.Adde q; Spec.ibidē.in.§ poſt hæc dicit q; oīa fere arg.in iure ſoluuntur iſtis modis.cui.Adde Odof.& Bal.in prohoem. ff.c.& Odof.in.l.unica.C.de no.Co.cōpo.qui dicit omne Arg.poſſe euitari per aliter & aliter.Aliud & aliud.quo frequenter utuntur glo.& ſcdm quid non ſimpliciter.quod tamen ſolutionis genus miſerrimum eſt,niſi ratio addatur ut late dixi in Tractatu Extenſionum.

ℂ De uitio equiuocationis.

ℂ Equiuocum in præſenti uoco uerbū ſiu orōnē ex quibus multiplex poſſit itellectus haberi.& hoc traſumptiones,amphibologias,& ſimilia cōplecti intellige

licet proprie loquendo aliter diffiniri poſſit:ut in.l.i.ff.de no.oper.nunc. Archi.
i.1.c.ꝙ autem.xxiiii.q.v.Exemplum.Quicunqꝫ habet mancipium in redhibitio
nis cauſa tenetur illud exhibere.l.fi.C.de edil.acti. At Titius habet ſeruum mor-
tuum qui eſt in cauſa redhibitionis.ergo tenetur ſeruum exhibere contra.l.ꝙ ſi
nolit.ff.de edil.edic.Soluitur ꝙ uitium eſt in uerbo exhibere quod duplex eſt. cū
modo ꝑbare.ſ.ut.d.l.ſi modo ſui palpandi copiam facere ut.d.l.ꝙ ſi nolit. Itē;
Omnis ara eſt in templo.Stabulum eſt hara.ergo ſtabulum eſt in templo. Viti-
um eſt in dictione hara quod haſpiratum.ſ.ſtabulum.ſimplex uero altare.
Item cum teſtator haberet quatuor pocula oleagina paria.ita legauit. Titio lego
duo pocula oleagina paria.Titius uero ſubdola utens argumentatiõe quatuor
petit dicēs. Legata ſunt mihi duo pocula paria.ergo legata ſūt quatuor.Repelli
tur quia equiuocatio eſt in uerbo paria.ut in.l.qui concubinam.§.qui quatuor.
C.de leg.iii. Item quodcunqꝫ eſt alterius non eſt tuum.Codex quem emiſti eſt
alterius ideſt Iuſtiniani.igitur Codex quem emiſti non eſt tuus.uitium eſt in.d.
Iuſtiniani.quod & poſſeſſorem & auctorem ſignificare poteſt.Item. contra legē
facit qui alligat os bouis triturantis.c.cum ſecundum de ꝓben.Ruſticus in meſ-
ſe bouis triturantis os alligat.ergo Ruſticus facit contra legem.Prima propoſi-
tio eſt equiuoca.quoniam in.d.c.cum ſecundum transſummitur ad denotandū
ꝙ ſeruienti ecclesiæ non eſt denegandus uictus in eccleſia.Item. Omnes epiſco
pi ſunt ſacerdotes.Iſti autē aſini ſunt epiſcopi.ergo iſti aſini ſunt ſacerdotes.Du-
plex eſt.u.epiſcopi nominatiui & genitiui caſus.Itē. Quicunqꝫ ſcit leges.nūc di
dicit eas.Iſte antiquus iuriſconſultus nunc ſcit leges.ergo nunc didicit illas. Du-
bia ē maior propter.u.nunc quod poteſt determinare uerbum ſcit & uerbū in-
telligit.Item. Quæcunqꝫ ſunt duo & tria:ſunt duo & tria.Quinqꝫ autē ſunt
duo & tria.ergo quinqꝫ ſunt duo,& quinqꝫ ſunt tria.Vitiū eſt.quia dictio & po-
teſt copulare dictiones & erit ſenſus:duo & tria ſimul iuncta faciunt quinqꝫ. &
poteſt copulare ꝓpoſitiones.ſenſuſqꝫ erit.duo ſunt quinqꝫ & tria ſunt quinqꝫ qđ
erit falſum.Ita etiam dicimus ꝙ non ſequitur Titius & Sempronius furati ſunt
trabē.ergo Titius ſolus furatus eſt trabem.l.ita uulneratus in fi.ff ad leg. aquil.
Item ex decem hominibus ſit unus populus.Populus autē eſt arbor. ergo arbor
fit ex decem hominibus.Hic ex accentus uariatione redditur intellectus equiuo
cus.de hoc arg.habes exempla ex nota.in.l.quotiens in ſtip.ff.de uerb.obli. & in
l.ii.ff de off.procon.& leg.Sed diſtinctione euitabitur facile.c.per tuas de ſim.&
habet locum hoc uitium equiuocationis & amphibologie etiam quando intel-
lectus multiplex inſurgit ex modo punctuandi.l.nemo iudęorum ubi not. Al-
ber.C.de iudęis.c.i.iuncta gl.ubi doct.de tempo.ordi.in.vi.adde glo.in.l.uxo-
ris.ff.de his qui no.infam.& in.l.fundum cuius.ff.de euic.in.l.cum filius.C.de i
offi.teſt.l.fundum cuius.ff.de euict.in.l.liberorum.§.pen.ff.de leg.iii.

¶ De Vitio accidentis.

¶ Ex accidente in argumentando uitioſi reddimur.ut cum in diſcurſu ratiõis
prædicamenta ſeu accidentia uariamus.ut. Omnis locupletatio cum alterius

iactura

iactura eſt cauenda.l.nam natura.ff.de condi.indeb. At pſcriptio eſt cum alterius iactura.ergo pſcriptio cauenda contra.l.tertiam.ff.de uſuca. Variantur termini ex eo ꝙ accidit pſcriptio. Item quicquid emiſti comediſti Piſcem crudũ emiſti.ergo piſcem crudum comediſti. Variatur.quoniam quicquid eſt in prædicamento ſubſtantiæ.carnes autem crudas in prædicamento qualitatis. Fit item accidentis fallacia cum ex aliquibus diuiſim ſumptis male infertur coniunctum.ut Iſte ſeruus eſt heres & eſt tuus.ergo eſt heres tuus. Item iſta canis mater & eſt tua.ergo eſt mater tua. Item iſte eſt monacus & eſt albus.ergo monacus albus. Hæc enim non ſequuntur quoniam ex pluribus diuiſis non licet inferre coniunctum quando accidentia ſunt diuerſa.ut inquit Ariſto. in ſcdo phier. & probatur in.l.uim paſſam.§.pſcriptione.ff.de adul.cum glo.de hoc arg. uide Io.an.in reg.ſine culpa in mercu.Pau.de caſt.in.l.poſſideri.§.i.ff.de acqui. poſſ. ad hoc tendit fallacia ſenſus diuiſi & compoſiti:quando oratio compoſita eſt uera diuiſa falſa.ut patet in exemplo eius qui uolebat probare ꝙ tria oua eẽnt qnqꝫ quæ faciunt pro pcedenti cap.quod poteſt iũgi cũ iſto.de quo per Imo.& Abb. in.c.ad apoſtolicam.de regul.glo.in.l.manumiſſiones de iuſ.& iu.Bal.& Saly.ĩ l.in exercendis.C.de fi.inſt.& nota.in.l.i.ff.de reg.Cato.& in.d.l.quotiens. ſub iſta Rub.cadit illud quod dialectici uocant mutationem quid in quale quod ſecundum aliquos eſt fallacia dictionis.ut per Iaco.de Rauan.& Alber. in.l. quæ de tota.§.in certe.de re.uendi.ſed non curamus de iſtis appellatiõibus ſatis ſit poſſe ex pmiſſis allegationibus acceruare multa exempla.quibus adde glo. in.l.debitor.§.fi.ff.de leg.ii.Bar.in.l.ſi is qui ducenta.§.i.ff.de reb.dub.& pote.coniũgere iſtam Rub.exemplificando cum præcedente & ſequente.de qua in.l.ſi dictũ fuerit.ff.de euic.& in.l.pen.in prima.gl.ubi Ang.ff.de iuſt.& iur.Odof. & Bal. in prohœ.ffõrum.

¶De Vitio ſecundum quid ad ſimpliciter.

¶In argumentatione cõmittitur uitium ex ſcdm quid ad ſimpliciter cum ex aliquo ſcdm quid dicto.illud quod ſimpliciter tale eſt inferre uolumus. ut ſi uelim probare quod liceat dimittere uxorem contra præceptum domini:ut in.c.inter corporalia de tranſl.prælat.ita dicam.licet dimittere uxorem quando eſt adultera.ergo licet dimittere uxorem argumentum eſt fallax.quoniam in primo licet dimittere ſcdm quid in in ſecũdo prohibitio ſimplex.Itẽ.Nulla fœmina põt legem condere.arg.c.in noua de peni.& remiſſ.l.ii.C.de legibus.Omne autẽ teſtamentum eſt lex.ut in.§.diſponat.Aut.de Nup.ergo Nulla fœmina poteſt teſtamentum condere:quod eſt contra omnia iura:ſed uitiũ eſt in argumento.quoniam in maiori accipitur lex ſimpliciter:& propter hoc non infertur quin poſſit condere teſtamentum:quod eſt lex ſcdm aliquid:unde tunc dicimus ꝙ plus ualet unum tale quale q̃ unum ſimplex.uide notat.in cle.dudũ in.u.pacta.de ſep. ¶Et notandum eſt quod quando iſtud uitium cõmittitur a ſecundum quid ad ſimpliciter.affirmatiue ſemper fit.ut in primo exemplo.cum uero a ſimpliciter ad ſecundum quid ſemper negatiue:ut in ſcdo exemplo.ad hæc facit quod dici

mus uerba debere intelligi ſm quid non ſimpliciter.l. hoc legatũ.ff.de leg.iii.& i.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de uerb.obli.l.tirie textores & ibi Bal.de leg.i.& Bal.in l.ſi non ſpeciali.in.ii.col.C.de teſta.licet cõtrarium tenuerit in.l.i.in prima col. C.qui teſta.fac.non poſſ.& ꝙ ſimpliciter intelligantur caſus,in.l.ſi ita quis.§.ult. ff.de leg.ii.Et aduerte ꝙ licet termino ſimplici ponatur aliqua adiectio:tamẽ nõ dicitur illud ſemper eſſe ſcd̃m quid.quando ponitur tantum ratione differẽtię ſecantis genus in ſpecie.ita declarat Maria.Soci.in confi.primo.iii.col.in princ. in primo uolumine.

¶De Vitio reciprocationis.

¶Eſt & ꝑter ſuperiora aliud uitii genus:quod græci antiſtrephon:latini reciprocum uocant:quod fit:cum propoſitum argumentum referri contra: retorquerique in eum poteſt,a quo profertur. Hocque ſæpius uaframento utuntur doctores noſtri ad diluendam prudentis alicuius ſententiam rationes proprias in auctorem conuertentes. Exemplum. Vlpianus ciuilis ſapientiæ cupidus in diſciplinam Pauli ſe dedit:promiſitque pecuniam certam daturũ:quo primo die aduocatus apud iudices cauſam uiciſſet. Vlpianus ciuili ꝑditus ſapiẽtia cauſam in iudicio non ſuſcipit:ne ſi uictor euaderet:promiſſam Paulo mercedem dare cogeretur. Paulus uero,ut erat ciuili.doctrina inſtructus decreuit nouo aduocãdi genere mercedem ab Vlpiano cõſequi.Hocque apud iudices citato dixit. Mercedem iam denegare non poteris.quoniam ſi in hoc iudicio ſententia contra te uenerit:merces mihi ex ſententia debebitur.quod ſi pro te ex pacto: cum primã cauſam te uiciſſe uerum ſit. E contra dixit Vlp.in te retorquebit hæc ratio.quoniam ſi contra te feratur iudicium:iam quod petis ex ſententia non debebit.quod ſi pro te erit ſententia ex pacto excluderis.cum iam primam cauſam non euicerim. Fugienda igitur ab argumentante ſunt huiuſmodi uitia ne deinceps ingemiſcendum ſit. Heu patior telis uulnera facta meis.de hoc genere retorcutionis uide.c.in omni negotio de teſti.ubi Hoſt.Io.an.& alii.l.ſed an ultro poſt medium.ff.de nego.geſt.c.qui ſiccera.45.diſtin.

¶De Perplexitate.

¶Inter cætera argumentationis uitia,ſolemus & ad id annumerare quod a ꝑplexo inſolubilique argumento procedit.licet neſcio an id uirtutem potius appellare debeam. Fit autem hoc cum ita perplexa nobis offert quæſtio:ut ad quãcunque ueritatis determinationem conuertamur:falſitatem ſemper cõcludere uideamur.ut in exemplo ſubiecto apparebit. Qui quadringenta habebat in bonis trecenta uni uel pluribus legauit.& alteri centũ ſi in teſtamento ſuo non eſſet locus falcidiæ. Quæritur quid iuris:an legatum debeatur huic ultimo.ſi dixeris legatum deberi:falſum concludes.quoniam falcidia locum habet.Si non deberi dixeris falſum itidem concludere uideberis:quoniam in teſtamento non erit locus falcidiæ:quo caſu legatum debetur:huiuſmodi enim locutiões dialectici tractatum noſtri perplexitatem uocant ut in.l.qui quadringẽta.ff.ad leg.fal. glo.in.l.ſi ita ſtipulatus.ff.de uerb.obli.Diſſoluitur autem huiuſmodi ex cõiecturis & ani

BIBLIOTECA ... EMA

mo proſerentum.ut nota. Bart.in.l.i.ff.de conditio.inſtit.& in.d.l.qui quadrin
genta.alias ſi omnino indiſſolubilis uitiat actum.l.ſi totius.ff.de condi.inſti.
Eſt tamen alia iuris perplexitas ab hac non longe diſſidens:cum quis inter duo
mala conſtitutus uidetur:de qua tex.glo.docto.in.c.duo ma.c.nerui xlii. diſtin.
luculenter ſcribunt.dicentes perplexitatem iſtam non dari niſi ex falſa opi.
Huius item perplexæ argumentationis alia eſt ſpecies:ut cū interrogādo quæ-
rimus reſpondentem capere:ut ſi quis dicat peto ut neges uel affirmes an habe-
as quæ non perdidiſti.ſi negaueris.ille ſtatim concludet.ergo non habes oculos
cum illos non perdideris,quod ſi affirmes te habere quæ non perdidiſti : ſtatim
concludet,ergo habes cornua cum ea non perdideris. Item uolo petere here
ditatem.quidam hereditatis creditor interrogat ut reſpōdeam heres ſim uel nō.
ſi fateor iam me creditori obligo licet poſtea hereditatem non adeam . ſi nego
me heredem ab hereditatis petitione cado. Primum exemplum ita ſoluetur.
fateor me habere quæ non perdidi.ſed non ſequitur ꝙ habeam cornua;cum cō-
feſſio intelligatur de hiis quæ habebam.Alia enim perdere non potui.c.ad diſ-
ſoluendum de diſponſatione impuberum.Ad ſecundum autem non reſpondebi
tur ut inquit tex.in.l.& quia in fi.ff.de interrog.acti.illud unum ſemper obſerua-
to perplexitatem quæ reſolui poteſt non uitians actum.l.ſi Titius.ff.de uerbo.
obli. Paucula hæc intereundum deguſtaui.ulteriora fari non ſinit importu-
num heſperi ſidus.in triuium ecce peruenimus.explendi numeri hora eſt.Paul.
Virginem ſalutemus.Aera ſonant.Soc.Religioſe (ut decet) mones.Pau.Ora-
tum te uolo Socine:ne nos illiberales moleſtoſq; prædices:errore ducti liquidos
tibi fontes abnegabamus.Soci.Iocundus immo gratuſq; fuit ueſter hic error.q
dubitandi cæteris occaſionem deinceps auferet.Paul.Gratias ago immortales.
Nunc quæ me in cœnobium ducit dextram capio,tu Ferrabric ſiniſtram tene.
Ferra.teneo.Paul.rectum Socinus iter aggredietur.

FINIS.

¶ Ad R. ac Illuſtrem Antonium Galeatium Bentiuolum almi Bono. gimnaſii cancellarium. D. ac patronum ſingul. Petri Andreæ Gam. Bono. Epiſtola.

FREQVENTEM repperio ſcriptorum omnium conſuetudinem pro
tonotarie reuerendiſſime, ut quacunq; dicendi arte clareſcerent: ſi quid a ſe
inuentum elaboratumq; poſteritati mandare niterētur: id ita elucubratū am-
pliſſimis uiris: ac litteratorum fautoribus dedicarēt. Hoc idem mihi facere ui-
ſus ſum: qui ſedulis amicorum & cōmilitonum precibus ſatiſfacere intendens;
opuſculum quoddam noſtrum in quo legalis ſcientiæ ueritatem excellentiāq;
tuemur: in lucem dare conſtitui. Opus erit & ſi non multi iuga præpollēs eru-
ditione: nec ea qua legalem decebat maieſtatem uenuſtate concinus iuris. ta-
men ſcholaſticis (ut opinor) haud iniucundum indecenſq; futurum. Quotti-
die enim inſultant dialecticorum coetus: irridentq; neotericos legum profeſ-
ſores: qui legibus operam nauent. unde ſciam nullam conſequi ualeant. Habe-
bunt deinceps quibus ſtrophas & præſtigiata illorum argumenta rationibus
floccipendere, & imperialis ſcientiam ſtudii prædicare poſſint ſtudioſi legum
cultores. Verum ſub cuius patrocinio hoc committerem ſatis ſuperq; dubita
tum eſt, Poſt longam mentis concertationem ruminatumq; ſatis conſiliū tu
ſolus occurriſti in quem omnes mentis uires & conſilii uarietas conſentirent. li
bellum enim qui legalis ſcientiæ dignitatem tuebatur: cui aptius dedicarē ne-
ſcio, q̄ tibi: qui & ſtudii & ſcholaſticorum iuri operam nauātium protector ac
uindex demoſtraris, quemq; eruditorum Mœcenatem oēs fatentur & agno-
ſcunt. Nec me retraxit q̄ tua maxima & admirabilis ſapientia inculto hoc pla-
neq; inornato dicendi ſtilo: & legalem temporum noſtrorum barbariem re-
dolenti haud quaq̄ ſalutanda eſſet: cum eloquentiſſimos quottidie domi ora-
tores philoſophos graues poetas, iuriſconſultos teneas ac familiariter utaris:
quoniam innata tibi in omnes clementia facilitaſq; animi erga litterarum ſtu-
dioſos qequid inſurgebat corde metus excuſſit. Hoc igitur nomini tuo inſcri-
ptum opuſculum ſuſcipe Antoni Galeaz ſtudiorum decus, & præſidiū totiuſ-
q; Auſoniæ iubar exoriens: quod tuo peremni ſplendore ita illuſtretur, ut ma-
ledicentum oculi ceu noctuæ illud intueri nequeant. munus ex uoluntate pē-
ſabis diuos imitatus: qui pauperem lacte ſupplicantem diuiti thura perferenti
non poſtponunt. Si uotis noſtris omnipotens, ut reor, dominus aſpirauerit:
noſq; ſub alarum tuarum umbra deinceps protegere nō dedignaberis: Te ma-
ioribus cumulatum honoribus ſalutabo: Meq; uberiori dominum ac patro-
num ſtilo inuocantem exaudies. Vale præſidium decuſq; noſtrum.

❡ Ad R. ac illuſtrem. D. Antonium Galeatium Bintiuolum in Librum de Veritate ac Excellentia legalis ſcientiæ Prohoemium per Petrum Andream Gāma. Bonon. Pontificii iuris ſcholaſticum.

IVRIS Sapientiam non eſſe ſcientiam, ut propria ſcientiam finitione metimur, omni ſermonis periodo quidam ſe bonarum artium cultores, ſoloſq́ ſcientificos appellantes prædicare non deſinunt: audentq́ inductiones ac enthimemata nouo ſubſannationis genere, coram imperitis uulgi auribus, ac dialecticarum poſitionum ſtudioſis in ſacroſanctam legum maieſtatem intorquere: qui nunq̄ prima legum rudimenta uel leuiter attigerunt: antiqui adagionis immemores, ne ſutor ſupra crepidam iudicaret. Quo circa minimus ipſe inter huiuſce ſtudii profeſſores omnipotētis ſuffragio Chriſti fretus, quaq́ foelici aura omni auro gratiori: opuſculum p̄ſens quo uerā ineſſe legibus ſcientiam demonſtrabitur elucubraui. In eius calce de medici ac legiſtæ p̄cellentia quæſtionem breuiter diſcutiendo. Nec ideo uelim huius quemq̄ faſtidio affici q̄ nullæ uerborum phaleræ: nulla dicendi lepiditas auidiorem poſſit lectorē efficere: quoniam ornari (ut inquit Manil.) res ipſa negat cōtenta doceri. At priuſq̄ ad huius diſcuſſionem ueritatis accedamus: haud incongruum erit nōnulla p̄mittere, ex quibus quid ipſa pro qua certamen offertur ſcientia: ſit luculenter appareat. Hanc in primis nullam in rebus eſſe propter uariationem ac continuos rerum fluxus, Heraclitum dixiſſe comperio, cui Socrates academiciq́ alii auctoritatis non modicæ ſuffragantur. ſcientia namq́ de certis ac aliter ſe habere non ualentibus eſſe debet: quomodo autem ſe habeant cælum ac cætera quæ ſuperiora nobis exiſtunt: tamq̄ ſi quid in urbe remotiſſima cunctiſq́ inacceſſa fieret eſſet incognitum, nullam mortalibus ſcientiam dari poſſe. Plato uero ille diuinus qui cæteris religioſior catholicæq́ ut plurimum ueritati inherens apparuit: ſcientiam in hominibus aliquam eē dicebat: ſed rectiori eam uocabulo reminiſcentiam appellandam: imitatus Anaxagoram qui dixit non contingere aliquid de nouo generari: ſed tantum apparere. Auicenna in ſuo methaphiſices libro aliquid de nouo ſciri poſſe non per receptionem a ſenſibilibus: ſed a formarum datore, quā decimam aiebat eſſe intelligentiam demonſtrauit. Ariſtoteles autem Peripatheticorum princeps, cuius ſuffulti auctoritate quos ſupra dixi patres a legibus noſtris ſcientiæ nomen abdicare nituntur, mediā inter antedictos ut creber eſt etiam Imperatoris noſtri uſus, uiam eligens: ſcientiam in nobis de nouo generari uoluit: nec ab ipſa intelligentia tantum: ſed ab ipſis ſpeciebus exiſtentibus in fantaſia defluxis a ſenſibilibus. oportet enim ut ipſe dixit in tertio de anima intelligentem fantaſmata ſpeculari & alibi. Nihil eſt in ītellectu quin prius fuerit in ſenſu. Hunc igitur ſequentes quomodo ipſam proprie ſcientiam finiat uideamus, Hæc ſunt huius uerba in primo analeticorum poſteriorum, Scire

ſimpliciter unum quodq; opinamur cum cauſam cognoſcimus propter quã res
eſt:& qm̃ illius eſt cauſa:& non eſt cõtingere ut aliter ſe habeat.qđ nihil alud eſt
niſi.ſcientia eſt rei per cauſam cognitio quæ aliter ſe habere nõ poteſt.Primo ita-
q; uidetur ꝓmiſſam finitionẽ ipſi legis peritiæ nequaq̃ conuenire:cũ ſola condẽ-
tis uolũtas attẽdatur:& qđ principi placuit legis habeat uigorẽ.ut dixit Impera-
tor in primo inſtitutionũ titulo de Iuſtitia & iure:Et qđ a patribus per legem de
cernitur,& ſi itolerabile uideatur eſt ferẽdum ut legitur in cõcilio Caroli Impe-
ratoris trãſumpto in decretis in.c.in memoriã.xix.diſt.& Iuriſcõſultus in.l. ꝓſpe-
xit.digeſtis qui & a q̃bus ap.Et cũ leges iſtitutæ ſunt nõ eſt libeꝝ iudicare de ip-
ſis:ſed oportet iudicare ſcđm ipſas.ut inquit Iſidorus in.c.erit autem lex.iiii.diſt.
Multas ad hoc poſſem iuris utriuſq; auctoritates adducere quibus & in hoc &
in aliis superſedebo.tum ne dum ingenio rei ueritas exquiritur memoriæ uide-
at delicatis periculum lectoribus facere:tum qa a ſtilo rethorico id alienũ eẽ ſo-
let:tum qđ iuris cauſa agitur cuius teſtimonia ſuſpitione nõ carerẽt.Additur in
ſup finitioni huic,ſcientiã eſſe de hiis quę ſe aliter habere nõ poſſunt.at uidemus
leges ipſas.pro tẽpoꝝ qualitate ac principis uoto iugiter ĩmutari.unde elegãter
dixit Claud.priſcamq; reſũmunt canitiem leges emẽdanturq; uetuſtę.Accedũt-
q; nouæ.Et apud Geliũ Sex:Cecilius.Nec ideo contẽnas legũ iſtarum antiqta-
tes,q; pleriſq; ipſis iam Po.Ro.deſiuerit.Non enim profecto ignoras legũ oppor
tunitates & medelas pro tẽpoꝝ moribus:& pro reꝝ publicarum generibus:&
pro utilitatũ præſentium rõnibus:proq; uitioꝝ quibus medendum eſt mutari,
atq; flecti:neq; uno ſtatu cõſiſtere.quin ut facies cæli & maris ita rerum atq; for
tunæ tempeſtatibus uarientur.quod etiam docte complexus eſt Innocẽtius Pon
tifex in Decretalibus titulo de cõſang.& affi.hocq; adeo ueꝝ eſt ut antiquã tra-
ditionẽ licet æquã & meliori ſuffultam ratione poſt nouas,ut legali utar uerbo
ſanctiones ne dicã ſectari ſed allegare maximum nephas habeatur:falſiq; crimẽ
hoc faciens incurrat.Omnia inſtitutionũ Codicis auctenticorũ uolumina:Sex-
ti & Clementinaꝝ deciſiones maiorem in antiquoꝝ traditionibus corrigendis
partem expoſuerunt.Vnde conſtat breui temporis hora dato alio principis ani-
mo iuriſconſultoꝝ doctrinã poſſe tolli.ut dixit Cynus in.l.humanum.C.de le-
gibus.Nihil deniq; tam uariũ fluxum ac mutabile ut ipſa lex:quæ ſingulari ci-
uitatis ſtatuto uel conſuetudine tolli poteſt ut trita ac uulgata eſt canoniſtarũ &
legiſtarum oium poſitio.Inſpiciamus cunctas orbis ciuitates nullam Draconis
Lygurgi,Solonis,Pompilii.Cæteris legum memoriam apud eas extare uidebi
mus:ſed huiuſmodi populos diuerſis penitus ac plerunq; contrariis regi appare
bit.Nunc tanta eſt climatum populorũ ciuitatum diuerſitas:ut in nullo fere cõ-
ueniant.Conſueuerunt inſuper talibus partẽ hanc argumẽtis comprobare.So-
la æternorum cognitio eſt ſcientia uera & propria ut ſenſit Ariſtoteles in ſexto
Ethicorum.At iuris ſapiẽtia eſt temporalium cõſtitutionum cognitio.igitur iu
ris ſapientia non eſt ſcientia uera & propria.Minor hæc manifeſta eſt ſi ciuilis ca-
nonicíq; iuris primordia repetamus. Item conſuetudo & lex pari auctoritate

Iudicantur. Et abſurdum erit ſi dixerimus ſcientem conſuetudinis: quæ ſolo hominum uſu cõprobatur: ſcientiam de qua loquimur habere: igitur nec qui leges nouerit ſciẽtiã dicemus aſſecutum. Ariſtoteles præterea ad Alexandrũ in principio rhetoricoꝝ ita inquit. Etenim lex oratio quædã eſt: quæ cõmuni ciuitatis conſenſu definita iubet quo pacto unum quodqꝫ agendũ ſit: cui ſuccinere uidet Papinianus in.l.i. de legibus in digeſtis. ſi ergo eſt oratio definita non eſt ſciẽtia: quæ nullo hominũ conſenſu ſed ſola rõne, quia ita eſt cõprehenditur. Omnis itẽ ſcientia eſt habitus demonſtratiuus ex primis & euidentibus principiis. ſed Doctores legis nõ ꝑcedunt ex talibus: cum ubi Imperator uel Pontifex aliquid concluſerunt ex eo ueritate aliter non diſcuſſa argumẽtantur, ſoluunt quæſtiones & dubia: igitur nullã habent ipſi ſcientiã. Dicũt poſtremo nullũ diſcurſum primo auctoritati innitentẽ generare ſcientiã: cum tunc ex credulitate non ratione procedat: iuxta dictum Auguſtini inquientis. Quod intelligimus demus rationi: quod credimus auctoritati. Veꝝ omnis iuriſperitoꝝ poſitio auctoritati maxime innititur. Iccirco nullã tenent ſcientiam. Pro iſtis hactenus in iuriſprudentes ſatis argumentati ſumus. Veꝝ ſi diſcuſſa mentis caligine & oculis nequaquã lippientibus ueritas inſpecta fuerit: ꝑcedentia nihil obſtare uidebimus. Ipſarũ nãqꝫ legum diuina & naturalis æquitas bonũ publicum & cõmune ſunt farrago. ex hiis legumlatores ſtatuendi cauſam quęrunt & aſſumunt. iuris interpretes demũ æqtatis huius cauſam ſciunt propter quã lex eſt facta & quemadmodũ legis nomen amitteret ſi nulla æqtatis eſſet rõne ſuffulta. quod oſtendit Iſidorus dicens. Erit autem lex honeſta iuſta, poſſibilis. & in ſacris litteris. ueh qui leges condidit iniquas. Apertius Cicero. in Rhetoricis. Omnes leges iudices ad cõmodum. R.P. referri oportet: & eas ex utilitate cõmuni non ex ſcriptione quæ in literis eſt interpretari. ea enim uirtute & ſapientia maiores noſtri fuerunt: ut in legibus ſcribendis nihil ſibi aliud niſi ſalutem & reip. utilitatẽ proponerent. neqꝫ eni ipſi quod obeſſet ſcribere uolebant, & ſi ſcripſiſſent cum eſſet intellectum repudiatũ in legẽ intelligebant. Nemo enĩ leges legum cauſa ſaluas eſſe uult: Sed R. Pub. qꝫ ex legibus oẽm. R Pub. optime adminiſtrari putãt hæc ille & plura ſup hiis. Et Papinianus eã appellat cõem Reipub. ſponſionem. ut igitur obiectis reſpõſio aptetur. ſi quidẽ tur leges ne in ipſis cã reqratur ꝑhibere: id optima factũ rõne ſciãt: non ut legi cã deſit factæ: uel ut hmõi ſcientiæ ſtudioſis interdicat qn eam ſpeculari ualeãt: ſed ne dum noxius delinquẽtis aĩus puniendis cauſã legis exquirei et: mora & cauillatiõibus criminis ipunitatẽ adipiſceret cõtra cõem urbis æquitatem ipſiuſqꝫ iuris intentũ. At dices reſponſionẽ hanc iuriſconſulti uerbis refragari. inqt.n. ille. nõ oium quæ a maioribus tradita ſunt ratio reddi põt. rõ ait ille reddi non poteſt. non autem dixit non debet. nec ea qua tu diuiſione uſus eſt. hocqꝫ euidẽter apparet. Quis clariſſimus iuris ĩterpres certã i hoc mihi cãm aſſignabit Cur poſt. xiiii. annum completũ non autẽ citra ſi ſit idẽ ſenſus ac animi uigor teſtamenti factio concedatur. cur in. xxv. ætatis anno conſtitutus ſacris ualeat ordinibus initiari, & non citra. & cur non. xxvi. Annus requiratur.

reſponſum tãdem erit ſic ſcriptum eſt:ſic placuit magno qui nos diſtinxit Otho-
ni.ut dixit Gloſator ſexti Decretalium in primo capite tituli de ætate & qualita-
te ordinandoꝝ. Verum nec iſtis urgeor nã patres maioreſq; noſtri inſtinctu ſpi
ritus ſancti diuinitus omnia nobis iura ꝓmulgarunt:quoꝝ ſi a nobis ratio ex iu
riſconſulti ſententia comprehendi non poteſt, d debilioribus ingenii noſtri uiri
bus aſcribendum puto Si quis a philoſopho qui rerum omnium cauſas ſcruta-
tur & ardet:nunquid omnes rimatus fuerit naturæ cauſas & omnia quæ in ipſa
ſunt nouerit:querat:niſi temerarius audaxq; exiſtat,reſpondebit,maximam par
tem eorum quæ ab omnibus ſciuntur eſſe minimam eorum quæ ignorantur. di
cat phiſicus cur Magnes ferrum,contiguam ambra paleam attrahant,cur Reu
barbaro ad coleram purgandam utuntur medici:cur in fontibus quibuſdã fer-
rum ſupernatet:lignum autem ĩmergatur:hæc & pleraq; alia ex ui cuiuſdã potẽ
tiæ nobis ignotæ proficiſci dicent.Subiungit philoſophus & non eſt continge-
re ut aliter ſe habeat:ſed leges mutantur &c.futile ſatis ac friuolum eſt hoc(quã-
uis longe aliter ipſi credant) ad uanam iſtorum opinionem comprobandam Li-
cet enim particulares hominum regum,imperatorum,pontificum , ſanctiones
uarientur.ipſum tamen iuris,ut ita loquar,dictamen,æquitatiſq; ratio naturalis
& diuinæ:quibus omnes legumlatores inſeruiunt:a quibus omnis legum depẽ-
det auctoritas e,quorum ſacratiſſimo uiridario legalis ſilua pullulat creſcit,& au
getur:firma ſemper atq; immutabilia permanent.qui ab hiis legi cauſam noue-
rit attribuere factæ:uel nouam ex hiis ubi facto opus erit condere:uerã legis ſciẽ
tiam tenebit.Et ſi aliud Moſis,aliud Lycurgi,aliud aliorum uideantur dogma
ta,& traditiones iniungere:hoc factum eſt non ex ſcientiæ huius defectu:ſed ex
diuerſis legiſlatorum opinionibus:qui hoc naturali diuinæq; æquitati congruũ
magis arbitrati ſunt:ꝙ illud quod per anteceſſores fuerat inſtitutum:non eo infi
cias:ꝙ multi in multa ut Numa & Maumetes cæteriq;,Chriſto ac Moſe excep
tis qui æquitatis ac naturæ patrem auctorem legis habuerunt,deliramenta inci
derint:pluraq; iniquitatem redolentia introduxerint. At dicant rogo ſi philoſo
phia ſcientiarum princeps & anteſignana:ſicut iſti gloriãtur:& ego aſſentirer uel
ſi noſtram hanc excepiſſent:uel ſi de ea loquerentur:cum ſit philoſophia uera nõ
ſimulata,ſcientiæ merito defraudabitur ceu uaria ac mutabilis:cum huius ſtu-
dioſi dum abſtruſa quæq; naturæ ſcrutari contendunt:tot contrarias inter ſe ex
citant lites,explicitaſq; nondum concertationes:ut nulli adhuc certa eorũ quæ
tradunt ueritatis uia pateſiat:ut de cæteris ſileam.in ipſis rerum principiis unde
omnis elementarium effectuum cauſa depẽdet:adeo uarii aduerſiq; fuere.ut nul
la adhuc concludenti ueritatem ratione ſubſiſtant. Aquam rebus cunctis princi-
pium extitiſſe diſputauit Thales mileſius:qui primus lunæ ſoliſq; defectum gẽ-
tibus prędixit:Anaximander huius auditor infinitis quodammodo rebus infi-
nita eſſe principia demoſtrauit. Anaximenes qui ſapientiæ ſuæ riuulos ab Ana-
ximandreo fonte deduxit:infinito iſtud aeri aſſignat. Huic ſucceſſit Anaxago-
ras qui rerum omnium quas uidemus effectorem diuinum animum ſenſit.Dio-

genes

geares Anaxagoræ cõmilito aerem ipſum ſed diuinæ compotem rationis om-
nium materiam eſſe contendit. elementari hoc quaternitati attribuit Empedo-
cles. Vnde Lucre. Ex imbri terra atq; anima naſcuntur & igne. Epicureus uero
quem Democritus Leucippus ſecuti ſunt atomos ideſt minutiſſimas quaſdam
particulas quæ τομιν ideſt ſectionem non recipiunt per inane ſeu uacuum uo-
litantes omnibus principia rebus extitiſſe opinatus eſt. de quo Lucretius.

Omnis ut eſt igitur per ſe natura duabus
Conſtitit in rebus. nam corpora ſunt & inane:
Hæc in quo ſita ſunt & quo diuerſa mouentur.

Quod etiam eleganter complexus eſt Virgilius in Sileno. Ariſtoteles ac omnis
peripateticorum ſchola, ſolam unam immobilem eſſe cauſarum omnium cau-
ſam tradunt: quam primum motorem & deum uocabulo magis pio recentio-
res appellant: uerum mundum iſtum ac naturam ipſam principii omnis exper-
tes: nullumq; in tempore finem habituros: quem etiam errorem ſecutus eſt Pli.
in primo rerum naturalium. Præterea de Deo quæ inter illos concordia. Plato-
nici unum mortalia curantem eſſe uolunt. Epicurei uero ocioſum ac inexercitũ
credunt. Non deſunt qui infortunæ iam lapſibus omnia ponant. Et nullo credãt
mundum rectore moueri:

Natura uoluente uices & lucis & anni.

De anima ut dixit Lactan. inter philoſophos nondum conuenit: unde Lucre.
Ignoratur enim quæ ſit natura animæ.

De ipſius cæli ſubſtantia quod corporeis ſubeſt oculis nulla eſt adhuc firma cõ-
cordia, Plato quem Anaximander, Anaxagoraſq; defendunt, igne per quẽ ui-
deri & terra per quam tangi poſſet illud factum eſſe ratus eſt. Empedocles uero
criſtalli ſpeciem dixit obtinere. Pythagoreorum ſententia fuit illud eſſe ex natu-
ra eorum quæ ſub cælo ſunt. Ariſto. ſubſtantiam omnium iſtorum elemento-
rum puriorem diuinioremq; eſſe demõſtrauit. Quam diuerſi fuerint Philolaus,
Xenophanes, Anaximander, Ariſt. cæteriq; in demoſtranda ſolis natura ſilen-
tio inuoluam. Vnde tremor terris. & qua ui maria alta tumeſcant obicibus ru-
ptis: inter Philoſophos adhuc non conſtat. circa fines bonorum & malorũ q̃ di-
ſcrepantiſſimi ſint non recenſeo. & ut infinita paucis expediam ita coucludi po
teſt: uniuerſa philoſophorum dogmata certi fere nihil continere: aduerſis hinc-
cinde ſententiis fluctuantibus ac renitentibus. Ex quo facile quod de academicis
qui incomprehenſibilitatem poſuerunt σκεπτικοι και απορητικοι ideſt conſide-
ratores & ambigẽtes dictum eſt: de reliquis dici poſſe conſtat. Si igitur tam uarii
ac mutabiles ſcdm ſectarum ac magiſtrorum diuerſitates in ipſis ſcĩetiæ ſuę car
dinibus extitere philoſophi: eam tamen ſcientiam uelint: quid eſt ꝙ legum ſplen
dorem propter uarias mutationes ad temporum locorum & hominum quali-
tatem factas ſcientiæ nomen ſubtrahentes obnubilare moliantur. cum eidẽ na-
turali diuinæq; inhereant conditores ægrati, credantq; hoc ipſam magis q̃ aliud
expetere. Inſtant adhuc curioſi legum obſtrigilatores de æternitate uere ſcien-

riæ, quãuis argumentum iſtud de ſapientia magis q̃ de ſcientia cõclu-
dat ſcdm beatum Auguſtinum in libro de trinitate: qui uoluit ſcientiam in humanis. ſapi-
entiam in æternis tãtum rebus cõſiſtere. hoc tamen utpote ualidiſſimum in me
iaculum intorſit religioſus quidam uenerabilis: cũ in famigerata Benedicti bi-
bliotheca: Ioannes Monferratus iuris utriuſq; doctor non aſpernãdus: quidam
alii profeſſionis huius erudtiſſimi ſcholaſtici, & ego pulcherrime ſtaremus. in
ſermonẽ nãq; hunc obiter incideramus. cum enĩ idẽ doctor nobis audientibus
ac annuentibus de legalis ſciẽtiæ difficultate conquereretur: audax religioſus pa-
ce, inquit, ueſtra dictum uelim. ſciẽtiam habetis nullã penitus ſed tantum ſermo-
nis cuiuſdã notitiam. qd igitur ſciẽtiæ difficultatẽ incuſatis iñ ego ultra q̃ dece-
ret audax: ut qui ſanctiſſimæ matris iurgia moleſte grauiterq; ferrem: nõ expe-
ctato eruditioꝶ qui aſtabant reſponſo heu tantũ inq̃ pater excidit ore nephas.
nephas inqt ille uocas quod Scotus, Auerrois ac oĩs philoſophoꝶ ſchola cõſtã-
ter aſſeuerat. ſtatimq; de æternitate ſyllogiſmũ formauit. tunc ego pater inq̃ op-
time Scotum Auerroim nõ uidi. Imperatores iuriſconſultos Tuliũ doctoreſq;
noſtros oẽs inſpexi: qui ſcientiam hanc eſſe uelint q̃ totus illuſtretur orbis. ſed di-
cas quæſo. uolumina Platonis, Ariſtotelis, & aliorũ a quibus omnem hauritis
philoſophiæ doctrinam ſunt æterna. non inquit ille. ſed ſubiectum & id quod
in eis tractatur eſt æternũ quid in ipſis tractetur interrogo. cæli ait elemẽtorum
ac rerum oĩum natura, cauſæq; diſcutiuntur. Cælum igitur, elementa, & huiuſ-
modi per te ſunt æterna tunc ille oſcitans pallidus ceu Lugdunẽſem Rhetor di-
cturus ad aram: ſentiens laqueum hincinde parãtũ ſunt ait ſcdm philoſophũ. Ec-
quid ſcdm ueritatem cuius te hodie obſeruãtiſſimum demõſtraſti. ueritas inqo
aliud habet: ergo ſcdm ueritatem uel nec philoſophia erit ſcientiã: uel & iuris do-
ctrina erit. ad hæc ille urgent me nunc cõuentus inquit per ampla negotia, ut ne-
queam ſuperſedere. ſi illuc acceſſeris tibi poſtea uni dicam: qui tãto huius ſtudio
teneris. & ita oẽs indiſcuſſa quæſtione cõſurreximus. ſi qs tamẽ uoluerit ꝑtinaci-
ter aſſerere philoſophi ſententiã de mundi elemẽtorum, cæli, hominum æterni-
tate uerã: nulla propoſiti noſtri iactura ſequetur: quin & maior approbatio. ita
ergo dicemus. legis ſubiectum ſunt cõmunis hominum utilitas naturalis ac di-
uina æquitas. & iſta ſemper fuerũt. ex quo ſemper homines, ſemper natura, ſemp
Deus extitere. legis igitur ſcientia erit æterna. uerum ut clarius catholiceq; ma-
gis ſcientiæ principia utriuſq; demõſtrẽtur: ſciendũ eſt ꝙ diuinus ille rerum opi-
fex, mundi melioris origo creatæ ſtatim naturæ legem aſſociauit: qua cũcta no-
runt elementa proprios fines non excedere. & ut ſapienter inquit Solomon. legẽ
ponebat aquis ne tranſirent fines ſuos. & hæc omni animantium generi quæ in
cælo quæ in terra, quæ in mari naſcuntur cõis erat. appellaturq; a legum condi-
toribus ius naturale primeuũ. alia uero eſt lex rõnali tantum creaturæ rõnabili-
ter inſita. hanc primi orbis homines inſcriptam cordibus retinebant. eaq; nullo
imperante regebantur gubernabãturq;. unde Apoſto. Cum enim gentes q̃ legẽ
non habent: naturaliter ea quę legis ſunt faciunt: ipſi ſibi ſunt lex: qui oſtendunt

opꝰ legis ſcriptum in cordibus ſuis. Hęc enim iubebat honeſte uiuere. alterum
non ledere, ius ſuum unicuiq; tribuere, ut luculēter inſinuauit Imperator in pri-
mo inſtitutionū. Hęc per Alexādrum de ales cęteroſq; doctores Theologos ita
finiri ſolet. Lex naturalis eſt quoddā lumē ītellectus inſitū nobis a deo in creatio
ne ad directionē actuum humanoꝝ ordinatū propter qđ ad bonū inclinamur.
hinc cōſtitit pacta ſeruari debere. nullū cū alterius iactura locupletari. nulli deni
q; faciēdum qđ tibi fieri nolles. At quū operāte illo qui primæ hoīs morti cau-
ſam dedit ſpiritu: mortales a recto uiuendi tramite declinarēt: diuina lex cælum
remeās mortales facinoribus obcutos malis dereliquit uiuebāt hii paſſim ferarū
more, potētiā æquitati, appetitū rōni pręferētes. quod cōe natura fecerat potenti
or armis uēdicabat. hinc bella, hinc cædes exoriūtur. adulteria, iceſtus, rapinæ,
furta pulularūt. Humanæ tandē ſortis miſertus oīpotens, diuino plures ſpiritu
afflauit: qui eā q̄ cordibus aufugerat legē ſcriptis hoībus litteris demonſtrarent:
populoſq; ut naturalis ſuadebat æqtas ꝑceptis ac ſalubribus monitis inſtruerēt.
inde ſcripti iuris ꝓceſſit exordium. Philoſophia uero ex admiratiōe ſola, ut inqt
Philoſophus in primo Methaphiſices originē traxit. cū enim hoīes tot mundi
pulcherrima cælū, ſolē, & clariſſima ætheris lumina cōſpicerēt: admirati ſunt.
ex admiratiōe reꝝ illaꝝ cauſas naturāq; dignoſcēdi natū eſt deſideriū: quod ut
adimplerēt philoſophari cœperunt. hinc opiniones & ſentētiæ diuerſæ. hinc uo
lumina excreuere multiſcia. Ex hiis itaq; breuiter ac ſtrictim ꝑlibatis utriuſq; di-
ſciplinæ origo eſt manifeſta. Reliquū eſt ut cætera aduerſariorum obiecta ſucci
dantur. Ad illud quod de conſuetudine obicitur reſpondeo: ſi qs eam ut eſt natu
rali ratiōe introducta nouerit: partem legalis ſcientiæ dicetur aſſecutus. cum tūc
in nullo alio differat a lege ſcripta niſi in ipſa ſcriptione quę ad legis eſſentiam in
nullo deſideratur ut placuit Ioanni Andreę cal. iuris utriuſq; interpreti celeberri-
mo: & pleriſq; aliis doctoribus eruditiſſimis, licet contrarium & quidem perpe-
ram (ut mea fert opinio) nonnulli nitantur aſtruere. Illud etiam quod adduci-
tur ex dictis philoſophi nihil obſtat: cum ea non ſit iuris uera diffinitio: ſed ma-
gē particularis ſtatuti deſcriptio. aliter eſſet opus dicere id quod per reges ac Im-
peratores ſtatuitur nōn eſſe legem. Sed ne uel in hoc uel in præcedentibus aliquid
dubii ſuperſit propter termini huius æquiuocationem diſtinguendum cenſeo.
lex enim quandoq; a ligando dici uolunt: ſignificantq; qcquid Deus ac natura
hominibus & elementis præceperunt: idemq; tunc eſt ꝙ naturalis æquitas ac di
uina quibus omnia aſtringuntur & obligantur. ita accepit Solomon dicens de-
um elementis legem impoſuiſſe. de hac ſuper ius habita eſt mentio dum legis ori
ginem percenſeremus. de hac eleganter. Cicero in libro de repub. hiis uerbis eſt
quidem uera lex recta ratio: naturæ congruens: diffuſa in oēs conſtans ſempiter
na, quæ uocet ad officium iubendo: uetādo, a fraude deterreat: quæ tñ neq; pro-
bos fruſtra iubet, aut uetat: nec improbos iubēdo aut uetando mouet. Huic legi
nec propagari fas eſt. neq; derogari ex hac aliqd licet: neq; tota abrogari poteſt.
Nec uero aut per ſenatum aut per populum ſolui hac lege poſſumus. neq; eſt

quęrēdus explanator, aut interpres eius alius: nec erit alia lex Romæ, alia Athe-
nis, alia nunc, alia poſt hanc. ſed & omnes gentes, & omni tēpore una lex & ſem-
piterna & immutabilis continebit. unuſq; erit cōmunis, & quaſi magiſter & Im-
perator omnium Deus. ille legis inuentor. ille diſceptator, ſator. Hæc ibi qui ali-
bi non minus uenuſte in Milone locutus eſt. inquiens. Eſt igitur hæc iudices nō
ſcripta ſed nata lex: quam nō didicimus, accepimus, legimus, uerū ex natura ipſa
arripuimus, hauſimus, expreſſimus. ad quam non docti ſed facti: nō inſtituti ſed
imbuti ſumus. & in libro de legibus. Lex eſt ratio ſumma inſita in natura: quę iu
bet ea quæ facienda ſunt prohibet ea quæ contraria. eadem ratio eſt in hominis
mente confirmata & confecta eſt lex: & dicitur a ligando. cuius ea uis eſt: ut recte
facere iubeat, uetet delinquere: quæ non tum deniq; incipit eſſe lex cum ſcripta:
ſed cum orta eſt: orta eſt autem ſimul cum mente diuina: quamobrem lex uera
atq; princeps apta ad iubendum, & ad uetandum eſt ratio ſummi Iouis. Hæc eſt
lex illa quæ in principio decretorum canonicorum ius naturale appellatur. Lex
quandoq; a legendo deduci manifeſtum eſt: quoniam legulatores eas tabulis in
ciſas æneis parieti affigebant: ut a populo legerent. ad quod Maro alluſit dicēs.
Fixit leges pretio atq; refixit. Et aperte Ouid.
Nec uerba minantia fixo Aere legebantur. Ita namq; accipiendo lex dicetur tan-
tum conſtitutio ſcripta, ut ait Iſidorus, nam lectio utiq; ſcripturam ſupponit,
eritq; illius de qua ſuperius memini ſpecies: ita appellata, ut ab ipſa lege non ſcri-
pta: ideſt conſuetudine differat. at cum talis condendæ legis uſus aboleuerit: nec
amplius populi lectio requiratur: legem abſq; ſcriptis dici poſſe nō uereor. & erit
quicquid uel a principe uel a populo condendi legem uoluntate determinabit.
diceturq; non a legendo ſed a ligando. Lex igit̄ iſta ab illa priori ac æterna, ſi ęter
num dici poteſt quod cum mundo creatum eſt, cauſam quærit, ſolidatur, appro
baturq;. nec hanc recte noſcet qui utranq; non nouerit. ab illa hæc requiritur, in
terpretatur, & alitur. Nec credant iſti legum oblatratores: ut illum credamus iu-
ris ſcientiam habere: qui nouerit quicquid omnia patrum decreta pontificum
conſtitutiones ac decretales epiſtolæ, Cæſarum ſanctiones, ſenatus cōſulta, pru-
dentum reſponſa, plebiſcita, decreuerint: niſi earum cauſam, ratiōemq; edoctus
fuerit & cur ita æquum aliter iniquum exiſtat. quod graphice inſinuat Celſus iu
riſconſultus dicens. Ius eſt ars boni & æqui: cuius merito quis nos ſacerdotes ap
pellat. iuſtitiam nāq; colimus: & boni ac æqui notitiam profitemur. æquum ab
iniquo ſeparantes: licitum ab illicito diſcernentes. & Imperator in primo inſtitu
tionum ubi ait. Iuriſprudētia eſt diuinarum atq; humanarum rerum notitia iu
ſti atq; iniuſti ſcientia. Ad illud quod de primorum principiorum euidentia obi-
citur: formaliter reſpondendo, dicimus minorem argumenti partem eē falſam:
ac nulla penitus ueritate ſubſiſtentem. cum ut ſupra oſtenſum eſt: omnis conſti
tutio quæ a nobis pro firmo diſputandi, ac iudicandi principio tenetur, ſumma
ratione ſit fundata: ex qua illam eſſe ueram ac rectam demonſtrari poſſit: ꝑterea
& ſi hoc uerum eſſet: ꝙ talis principii ueritatem nequiret legis peritus oſtendere:

nec quicq̄ obſtaret.cum principia ſcientiæ prima & proxima ſepius tribuantur de primis ſemper eſt cognitio requirenda.in proximis autem plerunq; difertur præſertim in ſcientiis ſubalternatis.qualis eſt noſtra legum doctrina:quæ ſubalternatur illi naturali legi priori:de qua paulo ante meminimus.tunc enim huiuſmodi ſcientiæ fidem adhibent talibus principiis.quod oſtendit Beatus Thomas ſuper Boetium de trinitate inquiens.In ſcientiis humanitus traditis ſunt q̄dam principia in quibuſdam eorum:quæ non ſunt omnibus nota:ſed opportet ea ſupponere a ſuperioribus ſcientiis,ſicut in ſcientiis ſubalternatis ſupponuntur & traduntur aliqua a ſuperioribus ſcientiis ſubalternantibus.hæc ille. maiores igitur noſtri hæc ex illa nobis doctrinæ principia conſtituerunt:quæ tanquam uera ſupponimus:ex illis omnem concluſionum noſtrarum diſcurſum traducētes:quemadmodum medicina phiſicam ſupponit:illi in quatuor elementorum ac ſimilium aſſertione credens.ſed abſit ut longas peritorum noſtrorum uigilias ita reſtringamus:cum nulla neq; Imperatorum,neq; Pontificum,aut ſenatus cōſulti ī toto iuris corpore determinatio reperiat̄:cuius nō uerā aſſignet cām: ut gētē q; determinādi rōnē.prima illa iuris pricipia,q̄le ē alteri ne feceris: qđ tibi fieri nō uis:uel illud.nullus cū alterius iactura locupletet̄:uel illud.uim ui repellere licet.& ſimilia p̄oculis ſemp hn̄t:adeoq;,ut ſupra oñſum ē,eruditus iuris interpres hō ex ſola ſcriptæ legis cognitōe cōtētus ſtudio īterlūget:ſed dicti cuiuſlibet cauſam,rationem q; indagabit & inueniet.ita ut concludi poſſit optimum iuris peritum poſſe & ad prima & ad proxima legis principia omnem diſputationē referre.nec erit diuerſa primæ & ultimæ eruditionis ſcientia:ut unus alteram ſine altera ſcire ualeat.Quod autem poſtremo de doctorum noſtrorum credulitate adducitur:ſatis poſſet ex ſuperioribus confutari.illud tamen non obmitto:q; hoc ideo eſt:quia nulla eſt iuris auctoritas:quæ non maxima ſit ratione fundata:unde illas abnegare imperiti, ac impuri hominis eſſet officium.Nam ut inqt Quint.Sumorum uirorum auctoritas rationis loco eſſe debet.& Pythagoricorum mos fuit ut ſi quid differēdo affirmare uoluiſſen ταυτοσ εφα .i.ipſe dixit crebro ſermone proferrent.dicant iſti quis eorum tanto feretur doctrinæ uento:ut Ariſtotelem diſputando ſi peripatetice:uel Platonem ſi academice profiteantur infitiari uelit.omnes deniq; Philoſophi & Theologi qui maxime hac tempeſtate noſtra florent:adeo magiſtrorum ſuorum poſitionibus inherent ut contrarium ſentire nephas credant:ex illis argumentantur,diſtingunt,reſpondent. multaq; (q; peius) eſt contra ſanctorum decreta patrum ſpiritus ſancti afflatu edita,dū eorum,ut ita dicam,hereſes confouent:in pulpitis ac publico ſermone proferūt. quis ex prædicatoribus angelicum Thomam:ex minoribus ſubtilem Scotum. ex heremitanis Egidium abnegabit. Dicent ſcio Ariſtotelis iſtorumq; omniū doctrinam diuinis pene rationibus comprobatam non poſſe negari:cum euidēter appareat eius ueritas.dicam ipſe legiſlatorum conſtitutiones ſanctiori ratione uallatas negari nec poſſe nec licere:cum ueram ac religioſam ut plurimū ſtatuendi cauſam demonſtrent,Quin & ſi multa eſſent quæ euidenter probari nō

poſſent nō minus attamen ſcientificus diceretur iſte legis peritorum diſcurſus, cum eis credāt propter ſūmam eorum equitatem:lōgamq; beneuiuēdi experiē tiā cū multa legū ſciētia. Multi enī tēporibus iſtis aſtrorū ſcientiā profitētur: qui multas noſcūt cōcluſiones: quarū aſſenſus depēdet ex aſſenſu uolūtario aliquorū principiorum aſtrologiæ ab eis creditorū. plura nāq; ſunt in ea principia: q̄ nul lus uiuens nunc expertus eſt nec aliquam ad ea demōſtrationem tenet: nec ex ali quibus terminis ſunt euidētia. Exemplum in eo q̄ dicunt ſpheram cētum annis uno tātum gradu moueri: Vel Saturni planetam tātę quantitatis exiſtere. Hiis ta men fidem adhibēt propter antiquorum auctoritatē: quos talia expertos fuiſſe credunt. Immo fides ipſa eſt ſcientiæ fundamētum ut uoluit Ariſto. & iuſtitiæ ut inqt Tulius. At quid amplius nonne merito exſibilandi ſunt huius ſcientiæ circitores moleſti, uel eo ſolo q̄ tot diuina uirorum ingenia: ſummo nobilitatis gradu: miro eruditionis torrente ſcatentia: omnem huic aſſequendæ laborē cu ram diligentiam impēderunt: cōſiderantes nullam eſſe uirtutem quæ non præ ſtituta a legibus actione finiretur. In iure etenim ciuili Romanorū ut de Atheni enſibus & Lacedemoniis ſileatur, claruere non pauci. Sex. Papirius qui Pompo nio auctore Tarquini temporibus regias in unum leges cōtulit. Appius Claudi us decemuir, & alter eiuſdem generis Appius: qui Centimanus cognomēto di ctus eſt: hic uiam Appiam ſtrauit: & claudiam aquam induxit. floruerunt. C. Sē pronius. C. Scipio naſcica: cui propter exuberātem eius ſapientiam: & ciuilis do ctrinæ cumulū domus in ſacra uia publice aſſignatur: quo facilius cōſulenti cui q; fores paterent. Q. Mutius. Tiberius corum. qui primus leges publice interp̄ tatus eſt. Sex. Cecilius. P. Helius. Attilius: q primus a populo ſapiēs appellatus eſt. Marcus Cato. P. Mutius priceps Portiæ familię. Brutus Manilius. Rutilius. Ruf fus. Paulus Virg. Q. Tubero ſtoicus panſæ auditor. Sex. Pompeus. Gn. Pom pei patruos. Cælſus antipater hiſtoriarum ſcriptor nō ignobilis amplo ciuilis ſapiētiæ campo decertarūt. Lucius craſſus frater. P. Mutii quē iuriſcōſultorum diſertiſſimū Cicero p̄dicauit. Qu. Mutius P. filios Ponti. max. Aquil us gallus Mutii auditor. Balbus Lucillius. C. Viuctius. Seruius Sulpitius: qui in cauſis orā dis poſt Ciceronē ſecūdum locum obtinuit. Alphenus uarus A. C. filius. Titus celſus. Aufidius labeo. P. Cæcilius. Trebatius facūdia inſignis. Caſellius. Qu. Tu bero ciuilē iugiter ſapientiā pfeſſi ſunt. M. T. Cicero dicēdi lex ac norma quan tum ſciētiæ huic p̄ cæteris tribuerit nulla nō eius opa teſtant̄. Ateiū capitonē: Antiſtiū labeonem. Maſſuriū Sabiū, Caſſiū lōginum, Pegaſum q Veſpaſiani: ac Domitiani tēporibus floruere cęteroſq; uſq; ad Iuſtinianū ſilentio p̄terimus: ne uerboſa uideamur cōmētaria moliri. A Iuſtiniano aūt ad ætatē uſq; noſtram, quot eminētiſſimi pfeſſores īgenii: quot ſolidæ hāc mētes illuſtrarint: nō mihi ſi linguæ cētum ſint oraq; cētū: & ut Chriſti tuba perſonat: ſi linguis loquar ho minum & angelorum, diſerte ſatis & cumulāter explicare poſſem. At quid ſi di uini ſacros iuris interpretes: & quot in referādo duplicis archana tabulæ diuini tus infuſæ mentes inſudarint humano uellem ſermone cōplecti. Parcant igitur

parcant deinceps blacterones impudici decorum ſciētiæ nomen legalem ſectan-
tibus philoſophiam detrahere:ſi nō ueritatis;quam odioſe pſequūtur ſtudio tā-
torū ſaltem uirorū maieſtate perterriti. Hic iam receptui canebamus in ſinū
uela cōplicantes:cum neſcio cuiuſdam ſcripta lego maſticis cōtumelias undecū-
q eructātis ad manus peruenerūt.Is enim quātis,bone deus:ineptiis:q affectato
maledicēdi ſtudio:dum ſe artis nobilitatem medicæ tutari gloriatur in iuriſpru-
dentes noſtros perorauit.in cuius maledicentiam niloticum breui calamum ſer
mone perſtringemus,& cōteri ſola iuris defenſione medicinalis ignobilitas artis
ſilētio cōuoluetur.Rationes igit quibus homo ille effrenis:& ex lex:ad infirmā-
dam legalis ſapiētiæ nobilitatem:medicinaliſq obſcuritatem illuſtrādam utit
ſunt hmōi.Primo q ex cōtinua iuris lectione habitus nuſq ſcientificus generet.
obiciēs ea quibus ſupra abūde ſatis reſponſum eſt.Adducit ſcdo medicinā ideo
nobiliorem:quoniā eius finis eſt hominem in eſſe cōſeruare:legis autem pacem
in ciuitate īducere.at hominis eſſe ſubſtātia dicit:pax uero accidēs:& omni acci
dēte ſubſtātia eſt nobilior finis igit ſciētiæ medicinalis erit dignior.Huic obie-
ctioni reſpōdeo q medicinæ eſt hominem in eſſe conſeruare ſed corporaliter tan
tum.Iuris autem officium eſt corporaliter & cum ratione:qua recedēte ex homi
nibus bruta efficimur:& i uariarū mōſtra ferarum Circeo more trāſmutamur.
quid eni aliud eſt pacē īducere:q mortalitati hominum quæ a bello proficiſcit
conſulere.de annona de reliquo populi cōmeatu legalis affatim ſapiētia diſpo-
nit.medicinam ceteraſq in urbe ſciētias:ex innata ſibi benignitate ceu illarū tu-
trix ac patrona cōuocat;tutat:& alit.uel dicemus q legum finis eſt reſpu.& om-
nium hominum congregationes ſeruare:medicinæ uero ægrotos tātum.ſanis
enim medico non eſt opus:ut inquit ueritas.unde merito apparet legem medici-
na cæteriſq liberalibus excellētiorem diſciplinis exiſtere. Inſtat ꝑterea hāc ideo
ignobiliorem:quia minus nobilem habet procedēdi modum:cum multotiens
medicina utatur proceſſu dialectico ſciēs ſe demonſtrare:quod longe ſecus eue-
nit in legum peritis:qui doctorum auctoritatibus innituntur. Obiectum iſtud
ita repercutio:q licet interpretes noſtri dialecticis Pauli ac Ariſtotelis formali-
ter non utantur:utuntur tamen diſcurſu demonſtratiuo ſyllogizantes & ſciētes
ſe ſyllogizare,dum concluſiones ſuas ex rationabilibus legum principiis dedu-
cunt.habent namq illi logicam:ideſt ſermocinandi modum:ex medio natura-
lis æquitatis fonte deductam:qua & falſam & ueram iuris poſitionem dignoſce
re ualeant:unde nihil eſt:ut hac parte legem uelit medicina ſuccūbere. Adduci-
tur inſuper illam ſcientiam dignitate ꝑcellere:quæ digniori ſubalternatur:uerū
medicina ſubalternatur philoſophiæ naturali:q ē dignior politica cui leges ſub-
alternātur:ergo ſequitur medicinā iure nobiliorem. At huic reſpondendo dico
premiſſum poſſe dici uerum quādo ſubalternatæ ſciētię tātūdem a ſubalternan-
tibus acciperent.ſed non tantum participat medicina de naturali philoſophia:
quantum lex de politica:quia hæc totam politicam compræhendit:amplecti-
tur:& docet:unde propter gradus diſparitatem non procedit argumentatio.

Præterea:ut in ſuperioribus dictum eſt:lex hæc noſtra priori illi legi ac æquitati qua cuncta norunt elementa proprios fines non excedere:& homines ratiõe uti ſubalternabitur.Sic nulla ex ſubalternantis calore legem dignitate medicina ꝑcellet:quin illius ut ſemper famulitio aſtricta inferiorem ac pediſſequam ſe fore cõfitebitur.Garrit idem ſcientiam hanc ſuam nobiliorẽ ex fœlicitate quæ in ſpeculando acqritur exiſtere:Cuius obiectis nõ reſpondeo propter eoꝝ leuitatẽ:conatur enim aliũde ſumptis alas ſibi plummis cõſtruere ritu Dedaleo:ſed medii non gnarus humectãte plũma gurgite raptus obruitur.qd enim cæleſtis habet ſpeculationis medicus:q lucro ex lotii ac ſtercoris inſpectione ꝓuenienti ſemp intẽtus exiſtit:a tabo ac ſanie ſpiritus odoramẽta ſuſcipiẽs,uide igitur quãta medicus fœlicitate cẽſeatur:& quo ſe ſpeculãdi genere beatum faciat.quod ſi miſer iſte uerã fœlicitatis ſemitã tenuiſſet:& ſi in cæteris leges dedignaretur:hac ſaltem fuiſſet rõne ueneratus:cum ſine illis uera mortales fœlicitate frui nequeant.

Vnum poſtremo adducit friuolũ ſatis & tenue cõtra ipſum directe concludẽs.qđ ſcilicet ideo nobilior eſt ſciẽtia medicinæ:qa homines facit honorabiliores. Verum ſi in te ſenſus aliquid fuit:quomodo hæc temere adeo ꝓtuleris miror:niſi ꝙ inuidiæ furiis agitatus dictãte ſtultitia uirus ĩgeſtũ turpiter euomiſti.quis honores:qs magiſtratus:quis dignitates cõſequũtur niſi legũperiti.quibus rẽp.ſuã ut regeretur credendã eſſe duxit Imperator.& pluries aſclamatũ ſit leges non ſinunt aliquẽ in paupertate uiuere.Negãt diuini Moſis uolumina:negãt ſanctorum decreta patrum hoiem epiſcopatu ac ſacerdotalibus inſulis decorari:q nõ legalis ſapientiæ fontẽ deguſtarit & hauſerit.Nulla deniq; non dignitas quæ iuris notitia in adminiſtrando non egeat.ſolũ ab ægrotante magnifiendus eſt medicus:q̃q̃ & crebro dici poſſet qđ Adrianus Imperator,dione teſte ꝓtulit.medicorum turba principem perdit.& græcum ſatis decantatum ϖολλωνιατρων ισοδος μαϖωλεσε.ideſt multoꝝ medicoꝝ introitus me perdidit.Celebratũ eſt illud Plinianũ dictũ quod nullã aſſerit artẽ medicina incõſtãtiorẽ fuiſſe nec dubium eſſe medicos ois ſciẽtiæ famã nouitate aliqua aucupantes animas noſtras ſtatim negociari:diſcũt periculis noſtris:& experimenta per mortes agunt.medicoq; tantũ hominẽ occidiſſe ſumma ĩpunitas:quin ĩmo tranſit in conuitiũ:& in temperantiã culpatur.cui ſniæ uidetur aſtipulari illud Hypocratis dum inquit. Ars longa uita breuis:experimẽtum uero fallax Nugaces deinde ac uerborum uẽditores tẽporis noſtri leguleos ꝑconibus ſimiles duobus poſſe ſolidis eſtimari:clamitat hic ſicophãta.ſed dicamus ipſi medicũ carnifici ſimilẽ,uel carnificẽ magis unius tantũ ſacci ac ſolidi mercede cenſeri.non enim ipſe uerba ſed mortes hac uenena mortalibus affert.ut enĩ eſt in prouerbio.tituli medicoꝝ remedia habẽt pixides uenena.taceo feſtiuum Laconis dictum qui medico dicenti nihil habes mali. ουγαρειφηιατρωχρωμαι.ideſt te medico non utor reſpondet. Hinc apud põtificalis ſciẽtiæ libros decretũ eſt:non facile ordinibus poſſe ſacris initiari,qui medicãdi artem exercuerit.at cum ut ſupra pollicitus ſum non hæc medicinalẽ ſcientiã uituperãdi:ſed legis defendendæ gratia exorſus ſim maledi-

ctis

ctis deſinam: & quæcūq₃ defenſionis metam uerba tranſgrediuntur: nō in illoꝝ
quoꝝ ſæpius ope ac conſilio utimur ad atræ bilis expulſionē & exuberāti pitui
tæ reſiſtendū: medicos dicta eſſe uelim: ſed in eos tantū qui acuminatas liuoris
cote linguas in iuris prudētes noſtros exarmarūt. Nō enī me p̄terit diuinū eſſe
Apollinis medicinā inuentū, hinc illud. Inuentū medicina meū eſt opiferq₃ per
orbē Dicor. ſed diuinius eſt lex. Poetæ Apollinē Eſculapiū medicæ artis aucto-
rēs cōminiſcūtur: legis autē oīpotētem ac ſummū Deoꝝ Iouē. At nunc nec le-
gis nec medicinæ laudes narrandi eſt locus. Multa poſtremo garrulitate in ſtul-
tiloquii exordio Ciceroīs in Sulpitiū uerba citat fanaticus hic diſputator. q̄ nul
lo ſunt digna reſpōſo. nā ſi qd ſtomacoſe ibi dixit orator iſignis: fecit nō ut ciui-
lem ſapientiā quā tanto alias ſtudio pſequit̄, tātiſq₃ laudibus effert, uitio daret:
ſed ut Sulpitiū cōtra quē aduocabat in iudicialis odiū cōfeſſus induceret: facili-
uſq₃ a L. Murenæ. cuius partes tutabat̄: ipugnatione deſiſterēt. O q̄ grauiora in
eum dixiſſet: ſi mechanicis medicinæ artibus fuiſſet imbutus, area pfecto negli-
gendi Sulpitii tunc lata patuiſſet. Sed uix repperit pp̄ter qđ iure cōſultum a ſena
tu remouēdum ſuaderet oratoꝝ princeps: niſi q locus ille militari magis digni-
tate cēſeretur: & leges inter arma filerent. Sed qd amplius nōne & hic incōſtanti-
am facile ſuā maledicēs medicaſter oſtēdit: cui nō leges poenam ſed curatorē dā-
dum iudicarēt. ſuperius nāq₃ dixit iuriſcōſultos qui ante Iuſtinianū claruerunt,
omni ueneratione dignos: poſtea oratoris in eoſdē uerba lætanter adducit, ultro
dat exſibilat. Nos p̄terea circa literas tātū ac ſyllabas iugiter occupatos clamat:
& qua id rōne fiat noſcet qcunq₃ prima legū rudimēta pttigerit: cū oēs pene leges
ſenſum nō uerba ſpectari cōmoneant. Facetā illam Accurſii expoſitionē quæ ē,
olfecit. i. naſum ad culū poſuit. & foenum. i. herba ſicca: gloriāter obiecit ceu ma-
gnū aliqd mira certe fuit tua Accurſi eruditio: cui ex tanta ſcriptorum congerie
tam modica q obiceret habuit inimicus. idq₃ ex ſentētia noſtra pperā factū cen-
ſeo. hac ſaltē rōne. Omne uerbū dubiū eget interp̄tatiōe. ſed per uerbū Olfecit:
dubium erat an caput an culū olfeciſſet ergo &c. Idem pōt de foeno dici. cū illud
quandoq₃ p uiridi herba poni manifeſtū ſit. ut in Euangelio Ioānis qn̄ dicitur:
foenum multū fuiſſe in loco ubi dn̄s quinq₃ hoīum milia ſaturauit. Accurſii
errores ſubtiliter īdagauit doctiſſimus iſte: at multa medicataꝝ rerū nomina
apud Galenū Auicennā cæteroſq₃ artis huius celeberrimos male intellecta pe-
ius tradita: peſſime uſurpata neglexit & ignorauit, in quibus cum diſpendio uitæ
mortaliū erratur. dicat ergo. Cum ſua p̄uideat oculis mala lippus inunctis. Cur
in amicoꝝ uitiis tam cernat acutū. In porationis calce iō cōcludit medicum de
bere magis honorari: qđ medicina a ſacris literis approbat̄ iuxta illud Eccl. ho-
nora medicū pp̄ter iſtātē neceſſitatē. ſed hoc nihil eſt ius ciuile itidē in eccleſia.
milies approbat̄. at uideamus quātū ex illo eccl. medico tribuat̄: ea enī quę pp̄ter
neceſſitatē cōcedūtur a iure: ſublata neceſſitate tollit̄ & cōceſſio. at pp̄ter neceſſi-
tatē medicū iubemur honorare: ergo ſi neceſſitas nō fuerit fruſtra petit honora-
ri. At qd amplius uerbis opus eſt, quum q̄ſtio hæc ad aliud nō tēdat: niſi ut ſcia-

mus quis honoratiorem in ſtando ac ſedendo locũ tenere debeat. hac unica poſſumus ueritaté rõne cõcludere. aut ius primæuũ naturale & tẽpus in quo ciuitatum leges nõ extabant cõſideramus: & fruſtra petit medicus antecellere: cũ tũc nulla gradus ꝓcellẽtia nulla maior dignitas eẽt: ſed oĩum locoꝝ & rerũ cõmunis uſus: nõ faſces non purpura cõſulem deſignabant. Neceſſe igitur erit ut ſi dignitaté ac ꝓcellẽdi locũ nobis polliceri uoluerimus iſta a ciuilis legis diſpoſitione reqrere: uerꝫ ipſa lex apte medicos ulli pẽdit: notariis poſtponens: & paris cũ obſtetrice ualoris diiudicãs ut in. l. ſi duobus. C. Com. de leg. Iuriſcõſultos autẽ illuſtres anteceſſores, paréteſq; ſuos, dixit Imperator in inſcriptiõe pandectarum & pluries alibi: ergo ineuitabiliter ſeqtur legiſperitũ debere medicum præcellere. Supereſt tantũ ut nos q legalis ſtudii notitiã ꝓfitemur: litem hanc æquo iuris libramine dirimamus: ius ſuũ cuiq; tribuẽtes cõcl. igitur ſit hæc. medicos medicinã ſciẽter callentes: & philoſophicis prędicos diſciplinis, quales ĩ noſtra hac Bononienſi urbe plures conſpiciuntur, ſumma dignos ueneratione.
Iuriſcõſultum tñ quem omniſaria legalis ſapientiæ doctrina exornat maiori: propter eius quam exercet iuſtitiæ dignitatem. Leguleiuero qui leges irrationabiliter tanquã picæ proferũt: propter doctoratus gradũ in plebe ſunt aliquantiſper honorãdi. apud eruditos autẽ & non uulgares uiros irridendi, Empiricis uero ciuitatem ipſam penitus interdici conſulimus ex medicorum ſententiã.
Habẽs iam Prothonotarie digniſſime quibus legalis ſcientiæ ueritatem ac excellentiam rõnibus tutati ſimus, quas ſi a te probari itellexero diuinitatem mihi uidebor aſſecutus. ſucciſſ. uis horis: & cũ ſeueriori legum ſtudio interiungeremus: facta eſt hæc lucubratio noſtra. Ad illã ſi quando flacceſcentes ingenii uires reficere uoluiſſem lætus accedebam. ſi quis igit̃ opportune dicenda ꝑmiſſa lector inſpexerit diligẽs eius indagatio ſuppleat. Hoc unũ oẽs oratos uolo ut non prius noſtra hæc uellicent q̃ uellicatiõe digna repererint: & ipſi meliora depromꝑſerint. quãquã ni fruſtra augurium placidæ docuere Camenæ: tãtum huic auctoritatis, caloriſq; tua illa cæleſtis flãma miniſtrabit: ut maleuoloꝝ dicacitates floccipendere ualeat. quod nos huiuſmodi hendecaſyllabo ſumus uaticinati,

Quid plebem uariam times libelle:
Naſos Rhinocerotícos: Catones
Rhoncos: liuiduloſq; lectitantes:
Non hos unius axis eſtimato:
Inte ſi totidem ruant aperte
Naſi: quot libies gerit harenas,
Ardens igniferi domus fauillas,
Cælum ſidera, meſſis atq; ariſtas,
Afflatu hos feriens fugabit uno
Quæ cælo ueniens ſilente flamma
Purgat felſineum malis popellum

BIBLIOTECA ... ROMA ... VITT. EMANUELE

Lingulis:moribus.& bonos nitore
Illuſtrans beat,aſpicit tuetur.

Ioannisbaptiſtæ Plautii carmen.

Olim ut cecropium laniauit dente nepotem
Taurus & hoſtili pectora docta manu:
Antæus libycos furioſo marte penates
Terrigena:& cultam eſt depopulatus humum:
Vt ſpreuit ſuperum Mezentius ore tonantem:
Romuleos præſſit gallica turba patres:]
Donec(præualidum & ſi aderat ſub pectore robur)
Victori precium perſoluere ſuo:
Qui quærunt rapido curſu cur uoluitur axis:
Qui obſcurum laudant nil niſi Ariſtotelem.
Quiſq; machaoniam licuit tractare papyrum
Et dare lætiferam heu quoq; ferente dapem
Sic impune truci lacerarunt dogmata morſu
Iur.s:apud ſuperos ſcripta probata deos:
Donec ab æthereo eſt delapſus petrus olympo
Gammarus:eloquium qui Ciceronis habet:
Cui citharam:cui plectra altus conceſſit apollo.
Caſtaliæq; dedit nobile nectar aquæ:
Nam incultas ſuaui hic domuit ſermone phalāges
Et fixit telis terga inimica ſuis:
Gaude igitur ueneranda cohors:diuinaq; legum
Lumina:& hunc ueſtrum concelebrate ducem:
Quo uobis eſt parta quies:quo orante triūphos
Vobis traddi equites:plebſq; patreſq; iubent:
At ſæui:rabidiq; canes:furialia monſtra
Effugite:aut mutum fingite iam harpocratem:
Quod ſi aliquis poſt hac ſceleratus iura laceſſet
Cecropis:aut niger hoc uindice coruus erit:
Nemo poteſt etenim faciles cognoſcere diuos
Qui fert in cererem ferreus arma deam,

¶Venetiis per Gulielmum de Fontaneto. M.D.XXXIII.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE